

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 R
4 M

nes Mayer

VIII a 165
to v

Leg. Ee

COPIOSA SVPELLEX ELEGANTISSIMARVM, GERMANICAE ET LATINAE LINGVAE, PHRASIVM:

INITIO QVIDEM ex optimis ac probatiſsimis vtriuſque Sermonis ſcriptoribus, ſummo ſtudio atque labore congeſta,

PER

Hermann. Vlnerum Hirſfeld.

NVNC AVTEM POSTREMA VICE, maiori quàm antehac vnquam, diligentia & fidelitate recognita, emendata, atque innumeris penè locis aucta, à

Doctiſsimo viro VVOLFFGANGO GRVNINGIO HIRSFELDIANO.

Cum Cæſareæ Maieſtatis Gratia & Priuilegio.

FRANCOFORTI AD MOENVM PER VVENDELINVM HOM.

Anno *M. D. LXXXVI.*

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

32.5.C.32

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO, D. CLAVDIO DE *Marne, ciui Francofortenſi, librario celeberrimo, Domino amico ſuo plurimum colendo*

S. P. D.

HErculem ſcribit Prodicus, Vir celeberrime, amice honorande, in deſertum quondam locum ſeceſſiſſe: idq; in ea ætate factum eſſe, quam ad libidinem cæteris procliuiorem omnes probè nôrũt: in iuuenili ſcilicet, cuius animũ duæ fœminæ, vna Virtus appellata, Voluptas altera, vt ipſe no-

bis, citante Xenophonte, memorat, experiri attentarunt. At Voluptas quidem elata, veſte ſplendida, molli ac precioſa, facie infucata & libidinoſa, atque tota delicata, nihil non laborauit, vt iuuenem ſuis irretiret laqueis, captumque teneret: Verùm hanc eminus cõſpicata Virtus, fœmina humilis, nullo veſtitus ornatu exculta, facie verũtamen magnam animi bonitatem exprimente, accedens, voce ſua graui & ſalutari, cùm Voluptatem tum iuuenem ab illecebris & ſeductione abſterruit atque repreſſit: ita vt hoc dictis ipſius optimis audiẽte facto, illa (Volu-

Digitized by Google

(Voluptatem puto) turpi cum pudore ſtomachabũda receſſerit. Hanc, vir optime, ſiue hiſtoriam, ſiue potius fabulam, iucundam & vtilem, non incommodè in hunc vſque diem conſeruatam, typiſq; expreſſam arbitror. Is enim eſt temporis huius perditiſſimi ſtatus ipſe (proh Deũ) turbatiſſimus, mores corruptiſſimi, vita ſceleratiſſima: vt & ſtudia literarum non modò langueſcere, ſed cõcidere, ac penitus eradicari videantur: quod ſanè vltimi diei prænuncium eſſe certiſſimum, haud ambigo. Quid enim aliud vult Saluator, quando dicit: An putas me fidẽ

in mundo reperturum, cùm venero? quàm omnia virtutum & bonarum artium ornamenta, fidei noſtræ Chriſtianæ adminicula, & fulcra quaſi atque domicilia, paulatim vetuſtate confecta, ſub finem tandem Mundi, non appropinquantem, ſed imminentem iam, omninò pene collapſura. Etenim quis amplius, niſi bonus, quos paucos noſtrum fert ſeculũ, filios ſuos ſtudijs addicit? quæ ſtabiles ſedes, quæ domicilia certa vel doctiſſimis & honoratiſſimis ſuperſunt? Contemplare circumcirca omnes regiones, prouincias, gentes & nationes, ac quidẽ

ca

ea loca, quæ ornamenta quondam erant & ſuſtentacula bonarum literarum: perſpice omnia diligenter & accuratè, reperies nimirùm cuncta languore marceſcentia, ruinamq́ue & interitum quàm celerrimè minitantia. Habet equidem, quod non nego, ætas noſtra adhuc inſignes aliquot & celebres viros, eruditione præſtantes, docendi peritos, & ſedulos atque fideles: ſed eos aut ætate confectos & funeri proximos: aut vario fortunæ flatu agitatos, & inuidia oppreſſos: ita vt à caro & diuino ſuo molimine perficiendo abalienentur & prohibeantur,

 quos

quos profectò ſi ſic opprimere non deſierint, homines illi maleuoli & inuidi, experientur videlicet breui, vt fax illa & lumen honeſtarum literarum per ipſos deleri & extingui dicatur. Verùm vt eò redeã, vnde ſum profectus, fabulam illam, vir honorate, ideo de Hercule iuuene tũ, in optimo vitæ genere deligendo, memorię proditam, atque in noſtram vſque ætatem exiſtere arbitror: vt qui floridis ſunt annis, exemplo ipſius verè mirabili, & laude omni digno moti, Voluptatem, quam diuinus Philoſophus eſcam dicit malorum, fugiant, ſectẽtur Virtutem, honeſtatem

neſtatem complectantur: non patiãtur ſibi ab ea, Voluptatem dico, imponi, ſed forti animo & magno ei obſiſtant & vincant: nec quòd Virtutis radices primò ſint amarę, à ſtudio eius abalienentur, aut abſterreantur: ſed fructum inde vberrimũ & dulciſſimum auidè & continenter expectent. Illa enim ſola verarũ Voluptatũ penus eſt, quæ ſi cerni oculis poſſet, omnes nos in ſui amorem & cupidinem pertraheret. Id autem eos potiſſimùm conſequi poſſe autumo, qui ſe totos ad literas honeſtiores applicauerint, & moderatiores, quas ſi à primis ætatis ſuę an-

nis fideliter addidicerint, dici nõ poteſt, quàm emolliantur ipſorum mores, ac feri eſſe deſinãt, quæ deinde morum temperatio ita ſe manifeſtè in ijs exerit: vt non modò affectus perturbatiores moderari ſciant: ſed præcipuè fœdum illud & turpe animal, Voluptatem, aſpernentur, & contemnant: non ſinũt eam ſibi imperitare, non cedunt ei, non ſuccumbunt: ſed confidẽter ei obtrectant, fortiter oppugnant eam, ſuperant viriliter, triumphant lætè. Hæc eſt nempe vis illa atque poteſtas bonarum & honeſtarum literarum, quę ſe etiam in omnes diffundit ætates,

tes,

tes, ac ſingulis vitæ temporibus atque ſtatibus ſeſe accommodat. Illæ enim literę adoleſcentiam, vt Ciceronis elogio vtar, alunt; ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis profugium & ſolatium præbent, delectant domi, nō impediunt foris, pernoctāt nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Quibus denique ſummum illud & incomparabile bonum accedit, Eloquentia, qua omnium veterū & doctiſſimorum virorum teſtimonio, nihil præſtabilius, nihil melius, nihil conducibilius hominum generi diuinitus, ad ſalutem & conſeruationē eius,

con-

contigiſſe reperio. Sed hęc quid hoc locô, quidq́; iis velim, nõ immeritò mirabere, vir ſuſpiciende, amice honorate: verùm non dubito, te, ſi, quamobrem hęc à me ſic dicantur, intellexeris, ea pro ſingulari tua in me humanitate, & dextra manu accepturum, & æquo iudicio, quamuis rudia & impolita, facilè probaturum. Exiſtimo enim librum hunc meum, licet tenuis videatur, ac nullius momenti: tamen inter eos libros, qui vel animũ moderẽtur, vel ſermonem gubernent, non poſtremum tenere locum. Nam cùm cæteri aut nomina ſolùm, aut phraſes nu-

das eaſque confusè proponant: hic liber & nominibus & verbis, adeoque toti conſtructioni & orationi rectè formandæ cūprimis inſeruit. Non ſolùm enim eò reſpexit vir doctiſſimus, grataque memoria recolendus, D. D. Hermannus Vlnerus, vt nomina & verba ſimplicia traderet, ſed vſum quoque eorum iuuentuti dextrè & perfectè oſtenderet. Phraſibus etiam ſuis, tam Germanicis quàm Latinis, eiuſmodi ſubiunxit exēpla, quæ ſingula ferè ſingulas continerent doctrinas, & incitamenta ad virtutis munera & honeſtatis rectiùs ſubeunda & perficiēda:

da: turpitudinē verò & fœdam illam Voluptatem celeriùs declinandam atq; fugiendam : vt ita in eo deſiderari amplius nihil queat. Quare nō minorem, ſi non longe maiorem, meretur laudem viri huius digniſſimi conatus, quàm reliquorum, qui magnis voluminibus & multis vix conſecuti ſunt id, quod is paruo opuſculo, ſingulari ſtudio & diligentia congeſto, præſtitit vnus. Magnam quoque ei habebunt gratiam pueri, quòd liceat ſibi eo frui libro, in quo non tantùm phraſeon vtriuſque Linguæ copiam magnam reperient, quibus ad ſermonem

nem ſuum rectè gubernandum, & inſtituendum confidenter vti poſſint: ſed doctrinis etiam & præceptis vtilibus animum ſuum inſtruant atque conforment, quando ipſarum locutionum ornamenta & vires aliquantò altiùs ponderabunt, & in memoria recõditas ad ſuum vſum tempeſtiuè accommodabunt. Hunc verò librum, vir clariſſime, amice ſumma obſeruantia colende, cùm ab ipſo auctore ſingulari diligentia & labore maximo compoſitum & collectum, tum à VVOLFGANGO GRVNINGIO locupletatum atq; correctum, poſtremò

ſub

ſub tuæ potius humanitatis, quàm alterius cuiuſdam nomine, prælo iterum ſubiicere, & in lucem emittere placuit: quòd te artis noſtræ Typographicæ fautorem beneuolentiſſimum, & promotorē digniſſimum iampridem cognouerim. Humiliter itaque & ſummiſsè rogo, vt eundem te ſemper cùm erga alios, tum erga me, vti cœpiſti, præſtes: oroque & obſecro, vt hunc librum, vilem quidem & exiguum, multis tamen vtilitatibus ac doctrinis refertum, defendendum & conſeruandum ſuſcipias. Quod ſi te facturum cognouero, vti pro tua facilita-

te &

te & in me beneuolentia non dubito, dabo operam, vt aliquã-do maiora humanitati tuæ & benignitati offeramus. Bene in Chriſto vale, Vir honoratiſſime. X. Calend. Septemb. Anno delabente octuageſimo ſexto, ſupra milleſimum quingenteſimum.

S. T. Amplitudinis

obſeruantiſſimus,

VVendelinus Hom.

HERMANNVS VLNERVS HIRSFEL-DIANVS EVSTACHIO & Friderico Vlneris filijs ſuauiſſ. S.

QVANQVAM felici hoc tempore, quo omnes bonæ literæ ac liberalium artium ſtudia maximè florent, filij dulciſſimi, præceptores habetis longè doctiſſimos & probatiſſimos, qui mentem & mores veſtros non ſolum optimis inſtitutis formare, ſed etiam ijs linguis, quæ apud nos in vſu plurimùm ſunt, Latinam & Germanicam puto, erudire vos perfectè poſſunt: tamen à ſingulari & præcipuo amore, quem natura in ſuos cuiq; liberos ingenerat, non alienum fore arbitrabar, ſi quid & ego, quod teneræ ætati atque minoribus ſtudijs veſtris eſſet conuenientiſſimum, & ad locupletandum vtrunque ſermonem aptiſſimum, ad vos ſcriberem.

Cùm itaque in ſcholis bonarum artium ac Iuriſconſultorum non modò, verùm etiam in forenſibus & ciuilibus negotijs aliquot annis exercitatus, animaduertiſſem, eos qui orationem ſplendidam & politam in concione aliquando habere, aut cauſas in foro dicere, aut res præclaras ſcriptis mandare volunt, nihil egregium vel admiratione dignum præſtare poſſe, niſi copioſam

ſupellectilem quandam grauiſſimarum ſententiarum & optimorum verborum, ex omnis generis Scriptoribus ſelectam in promptu haberent: Ideoq́; ſyluam quandam lectiſſimorum floſculorum ex elegantiſſimis ac receptiſſimis viriuſque linguæ Authoribus decerptorum mihi collegiſſem: Operæ precium facturus videbar, ſi eam qualemcunque operam meam vobis Tyronibus linguarum adhuc imperitis ac rudibus, impertirem, & hoc modo materiam ſaltem, vnde ſermonem vtrumque poſſitis reddere vberiorem, inopibus præberem.

Et licet Quintilianus, acerrimi aliàs iudicij Rhetor, diligentiam hanc colligendi Vocabula idem ſignificantia, puerilem exiſtimet, tamen vobis pueris haſce elegantiarum opes ad poliendas linguas fore perutiles & neceſſarias, dubium non eſt.

Quid enim ſi eadem vobis ſententia ſæpius pronuncianda, aut vnum aliquod verbum breue intra ſpacium repetendum occurrat? Nónne aut muti planè & auditoribus ridiculi hæſitabitis? aut coccygis in morem eandem cantilenam non ſine maximo tædio ſubinde iterabitis? niſi exuberanti & diuite verborum theſauro, vnde ſtatim aliud, quo idem intelligatur, vitandæ tautologiæ gratia ſubijciendum depromi poſſit, fueritis inſtructi?

Per titulos autem Germanicos & ordine alphabetico hos elegantiarum flores propterea vobis digeſſi, vt per linguæ maternæ capita inuenienda cuiuſlibet loquendi formulæ facilior ac promptior eſſet occaſio. Et ſi qua ſententia alijs verbis veniat exprimenda, atq́; locutionum

varietate

varietate diſtinguenda, ſtatim poßitis adire titulum, & ibidem variandi materiam requirere. Exempla quoque ex ipſis Authoribus adijcere placuit, vt inde rationem contexendæ orationis & coniungendarum vocum ſtatim deprehenderetis. Nihil enim proderit habere magnam bonorum verborum copiam, niſi quoque certum ſtructuræ modum, quo perfecta animi ſententia declaretur, noueritis. Accipite igitur ac boni conſulite paruum hoc & puerile Opuſculum, ad vtilitatem veſtram paucis noctibus lucubratum, legendoq; eo ita linguas veſtras eloquentia informate, vt aliquando cæteras quoque maiores diſciplinas Eccleſiæ & Reipublicæ neceſſarias tueri poßitis. Bene valete. Poſtridie Calendas Septembris, Anno à Chriſto nato, 1555.

SCRIPTORES, EX QVIBVS HÆ ELEGANTIArum Phraſes ſunt congeſtæ.

M. Accij Plauti viginti Comœdiæ.
P. Terentij Comœdiæ ſex.
M. Tullij Ciceronis Opera omnia.
C. Iulij Cæſaris Commentaria.
C. Criſpi Saluſtij Hiſtoria.
T. Liuij Patauini Hiſtoria.
Q. Curt. de rebus geſtis Alexandri Magni.

HORVM dignitas, elegantia, proprietas & ſermonis copia tam eſt manifeſta & perſpecta doctis omnibus, vt commendatione non indigeant. Et extant ſatis præclara ac luculenta eorum encomia apud M. Fabium Quint. in decimo Oratoriarum inſtitutionum.

Domitij Vlpia. & reliquorum 38. Iuriſconſultorum doctiſſima opera, ex quibus Pandectarum ſiue Digeſtorum 50. libri compoſiti, atq; concinnati ſunt. De quibus ita ſcribit Laur. Valla in præfatione lib. 3. elegantiarum: Perlegi proxi-

mè 50.

mè 50. Digeſt. libros, ex pleriſq; Iuris voluminib. excerptos, & relegi cùm libenter tum verò quadam cum admiratione. Primùm quòd neſcias vtrum diligentia an grauitas, prudentia an æquitas, ſcientia rerum an orationis dignitas, præſtet, & maiori laude digna eſſe videatur. Deinde quòd hæc ipſa ita in vnoquoq; illorum omnia ſunt egregia & perfecta, vt vehementer dubites, quem cui præferendum putes. His nihil eſt mea ſententia, quod addi adimiue poſſe videatur, non tam eloquentiæ quàm latinitatis atque elegantiæ, ſine qua cæca omnis doctrina eſt & illiberalis, præſertim in Iure Ciuili.

BONAE SPEI ATQVE INDOLIS INGENVAE PVERIS, IOhanni & Henrico Vlneris, fratribus ſuis ſuauiſſimis, Euſtachius Vlnerus bene agere.

NOn abſque graui conſilio, fratres iucundiſſimi, admonet Fab. Quint. Demus operam, vt verborum ſeleċtiſſimorum, & ſententiarum grauiſſimarum copiam, cum delectu, veluti theſauro, memoriæ commendemus, vt cùm ſit vſus, in præcincto ſint, ne tum ſit opus diſquiſitione, cùm ex promtu opus eſſet.

Quam ſententiam quotieſcunque in mente repeto, toties mihi in mentem venit prudentiſſimorum virorum in decipienda naturæ iniquitate, conſilium. Cùm enim humana fragilitas (vt queritur Imperator Iuſti. in L. Hac cõſultiſſima 8. C. Qui teſt. fa. po.) mortis præcipuè cogitatione turbata, minus memoria res plures conſequi poſſet: perutilem ac facilem inuenerunt modum, quo ea, quæ imbecillitate memoriæ, licèt ſæpiſſimè lecta, diu in men-

in mente retinere non poterant, nihilominus tamen omnibus horis & ſingulis momentis, vbi vſus exegerit, in promtu & præ manibus haberent.

Nimirum faciebant ſibi locorum aliquot generalium volumẽ, deinde ad ſtudia conuerſi cuiuſcunq; generis aut doctrinæ ſcripta legiſſent, in ijs, ſi quid memoratu dignum occurriſſet, hoc confeſtim pleriq; promiſcuè & indiſtinctè, alij ſeruato certo ordine & compendio ad ſuum communem locum, velut domicilium, referebant. Quam memoriæ iuuandæ rationem enixè ſecutum ſe, dum noctibus Atticis adſcribendis operam daret, teſtatur A. Gellius, luculentiſſimus ille Romani ſermonis vindex.

Nec verò Grammaticis ſolùm, reliquiſq; Philoſophiæ cultoribus, ſed etiam ac multò frequentius Iureconſultis, hoc memoriæ alioq natura ſua labilis ac pertuſæ ſupplementum in vſu fuiſſe conſtat.

Ac teſtatur quidam, qui methodum & rationem ſtudendi iura recens edidit, neminem ferè hac tempeſtate in iure excellentem virum reperiri, qui in perſcrutan-

 dis ac

dis ac fideliter retinendis in memoria legum Romanarum ſubtilitatibus & inuolucris, non vtatur ſuis locis, vt vocant, communibus. In quo genere comparandæ eruditionis, cùm ante annos aliquot Parens noſter non mediocrem operam impendiſſet, magnamq́; vtilitatem procul dubio ex eo labore percepiſſet, hunc latinæ & ſimul germanicæ linguæ theſaurum ex optimis vtriuſq; ſermonis ac probatiſſimis Scriptoribus excerptum, adhibita maiori cura & exactiori diligētia, in Repertorij formam digeſſit.

Cumq́; ex hoc miſcellaneo opere fructus nō inuberes reditusq́; maximos non tam ſibi ipſi quàm liberis ſuis, adeoq́; omnibus, quib. latinæ linguæ elegantiorem habitum, ac veluti aureum flumen ſibi comparare negotium eſt, prouenire poſſe videret, mihi fratriq; noſtro Friderico, haſce ſuas lucubrationes, in ſignum paterni amoris & naturalis erga nos beneuolentiæ indicium donauit, dedicauit atq; plurimùm commendauit: Et facta à nobis ſtipulatione, vt ex hoc Promptuario tanquam ex penu inſtructiſſimo, prima vtri-

ma vtriuſq; præfati ſermonis fundamina iacere non negligeremus. Decreuerat etiam, modò fata peperciſſent ſuperſtiti, hos ſuos qualeſcunque labores publicè prælo committere, quò vobis itidem filijs ſuis ſuauiſſimis, paterni affectus monumentum aliquod publicum relinqueret, veſtrisq; iuxtà ac totius teneræ iuuentutis ſtudijs, quantum in ſe erat, manum porrigeret.

Verùm grauioribus cauſarum deciſionibus & forenſibus negotijs perpetuò occupatus, hiſce minutioribus ſtudijs atque etiam domeſticis rebus non ſatis ex ſententia vacare vnquam potuit, donec tandem diuina Prouidentia ex hoc turbulento negotiorum labyrintho ad cœleſtem gloriam & requiem æternam euocatus, ſupremum diem huius vitæ vſufructuariæ clauſit.

Itaq; cùm naturę ordo, legumq; Ciuilium Conſtitutiones poſtulent, vt Parentis religioſè nuper ac piè defuncti officium in vos ſuſcipiam, operæprecium me facturum exiſtimaui, ſi ipſiuſmet Parentis noſtri operas & dies (noctes fortaſſe

veriùs

veriùs dixerim) in manum vobis traderem, voſq; hac ratione excitarem ad imitationem & perpetuam recordationem illius, qui dum viueret, nihil prius habuit, quàm vt noſtrum omnium ſtudia & viuus & poſt mortem ſuam, ad glorificationem Dei & Reip. vtilitatem ſtrenuè informaret.

Enimuerò ſentiebam, hoc genus ſcriptorum, quod à parẽtibus proficiſcitur, ſolere filios præ cæteris extraneorũ ſcriptis auidiſſimè amplecti: Et niſi cauſa in promtu eſſet, vix dicere poſſem, qua ratione fiat, vt pleniùs affectent, & libentiùs illa imitentur.

Quemadmodum viciſſim ſcribendi moleſtia parentibus minor apparet, dum veluti familiaria quædam præcepta non externis, ſed filijs ſuis quodammodo præſcribunt.

Cui rei firmiſſimo indicio eſt, cùm hic pręſens liber, tum libellus ille regularum iuris, quem paulò ante obitum ſuum pater, poſthabitis ſummis cruciatibus, quibus vexabatur indeſinenter, mihi id temporis Lutetiæ Pariſiorum circa bona

rum li-

rum literarum mercaturam negotianti, nuncupauit.

Accipite igitur hanc à patre vobis deputatam hæreditatis portionē minimè contemnendam (optima ſiquidem hæreditas, quæ à parentibus traditur liberis, omniq; patrimonio præſtantior, eſt gloria virtutis rerumq́ue bene geſtarum, vt autor eſt M. Tulli. in libr. 1. Officiorum) eámq; diligenter euoluendo & relegendo, vſui veſtro accommodate, ea quidem animi alacritate, quà parens veſter temporis iactura, laboris tædio neglecto, ad ſcribendum motus eſſe mihi indubitatè creditur. Valete. Marpurgi ex noſtro Muſæo, Idibus Decembris, Anno ſalutis 1566.

TYPO.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

IMPRESSIT ante triennium Synonyma, Lector beneuole, Nicolaus Baſſæus, opera & inſtinctu Abrahami Saueri, ex hoc noſtro libro decerpta: Ita quidem vt dictiones & phraſes nudas exſcripſerit, ipſarum verò vſum, qui vel maximè & imprimis requiritur, ac ſingulari conſilio, ſtudio & labore, à Doctiſſimo viro, D. Hermanno Vlpero, gratæ memoriæ, pueris demonſtratur, nobis reliquerit, vt ita & liber eorum penè mancus ſit, & iuuentutis vſui parum cedat. Studio quorum præpoſtero & maleuolo motus ego, intermittere non potui, vti nec debui, in tui gratiam & emolumentum phraſes has digniſſimi viri, integras, correctas, & innumeris propè locis auctas & locupletatas, prælo rurſum ſubmittere & diuulgare: ac minimè dubito, te hanc meam operam benigna manu accepturum. Hoc ſi te facturum intellexero, operam adhibebo, vt & alia meliora breui habeas. Benè in Chriſto vale, Lector amice, ac libro hoc vtere, fruere, quantum & quamdiu voles. Iterum ac ſæpius vale.

Erasmus Hedmann [illegible] Büchlein

Abbrechen.

Erkleinern / ſchmälern / verringern / abziehē / eynziehen / ängern / ſchwächen / mindern / kleiner machen / weniger machen / abbruch thun.

Trunckenheit verringert deß Menſchen Verſtandt / bricht ab der Vernunfft vnd mindert die zeitliche Nahrung.

Detrahere.

NE *quid de ſummo erga te amore detractum eſſe videatur, Cicero.*

Attenuare.

Tametſi erant Pyrrhainis prælijs vehementer attenuatæ, Cæſar.

Contrahere.

Licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eamq́; ad pauciores deducere, Cicero.

Redigere ad pauca.

Nobiliſſima familia iam ad paucos redacta, idem.

Adducere in anguſtum.

Contracta res eſt, & adducta in anguſtum, idem.

Derogare.

Ne fides mea perfidia illius derogetur laboro, Cicero.

Coanguſtare.

Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poterit, Cicero.

Diminuere.

Separatione partium magnitudines ſunt artium diminutæ, idem.

Facere deminutionem.

De impio præterea tanta deminutio facta eſt, idem.

Extenuare.

Nam locupletißimi cuiusq; cenſus extenuârant, id.

Imminuere.

Si copias quam minimum imminueris, Cicero.

Minuere.

Ne quid de ſumma dignitate Reip. minueretur, id.

Accidere.

Quanquam acciſas res ſatis conſtabat, Liuius.

Redigere in firmiorem.

Multò humiliores infirmioresq; redegerunt, Cæſar.

Contundere.

Auaritia magiſtratuum noſtræ opes contuſæ hoſtiumq; auctæ, Saluſtius.

Atterere.

Italiæ opes maximè attriuerat, idem.

Deminuere.

Etſi deperditæ ſunt res vel deminutæ, Vlpian.

Abendt werden.

Nacht werden / der Tag iſt verſchienen / die Nacht fellt hereyn / es nahet gegen Abendt / die Sonn gehet vnter / der Tag hat ſich geneygt.

Aduesperaſcit.

De foro cùm iam aduesperaſceret, diſceßimus, Cic.

Sol occidit.

Sole occidente, idem.

Dies inclinat.

Iam die ad occaſum inclinante in caſtra copiæ reductæ, Liuius.

Diei veſper eſt.

Poſt vbi caſtra locata, & diei veſper erat, Saluſt.

In veſpe-

In veſperam dies inclinat.

Quanquam in veſperam inclinabat dies, Curt.

Abfallen.

Abweichen/ verlaſſen / abtretten / ſich abwenden/ abziehen/ abſtehlen/ abtrennen/ abſondern/ abſtehen/ abſtellen/ abtrünnig werden.

Wann der Menſch von Gott abfellt / vnd ſein Hertz von ſeinem Schöpffer abſondert/ da kompt alle Hoffart her.

Deficere.

Qui à Repub. deficiunt, ciuium iura non tenent, Cic.

Abrumpere ſe.

Hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonij, idem.

Deflectere.

Qui ſe ſemel à veritate deflexit, idem.

Declinare.

Vt declinet à propoſito, deflectatq́ ſententiam, id.

Degenerare.

Panætius degenerauit à Stoicis, idem.

Deſciſcere.

Qui à patria veſtra deſciuiſtis, Liuius.

Transfugere.

Afflicta amicitia transfugere, & ad florentem aliam deuolare, Cicero.

Diſcedere.

Is à fide iuſtitiaq́ deceſſit, idem.

Remouere.

Remouere ſe ab amicitia alicuius, idem.

Ablehnen.

Auffheben/ vmbſtoſſen/ zu nicht machen/ verlegen/ widerfechten/ widerlegen/ niderlegen/ ſol-

viren/widerreden/ auffloͤſen/ hindertreiben/ abthun/abſtricken/ablaſſen/beſtreiten/abtreiben.

Außzuͤge werden im Rechten furgewendet/deß Gegentheils Fuͤrhaben vnd Intention dardurch zu widerfechten/abzuleyhnen/vnd zu hindertreiben.

Refellere.

Refellere & coarguere mendacium alicuius, Cicero.

Confutare.

Cotta ſic diſputat, vt ſtoicorum argumenta magis confutet, quam hominum deleat religionem, idem.

Conuincere.

Vtinam tam facile vera inuenire poſſem, quàm falſa conuincere, idem.

Infirmare.

Ego qua ratione res tam leues infirmem, reperire non poſſum, idem.

Diluere.

Ipſe audiat, ipſe diluat, Liuius.

Diſſoluere.

Dialectici multa inueniunt, quæ non poſſunt ipſi diſſoluere, Cicero.

Eleuare, Frangere.

Quod eſt ab aduerſario obiectum, lepôre magis eleuãdum, quàm contentione frangendum videtur, idem.

Euertere.

Et maximè ſi ob euertenda iudicia id fecit, Vlpianus.

Refutare.

Noſtra confirmare Argumentis, deinde contraria refutare, Cicero.

Soluere.

Soluere argumenta captioſa, idem.

Subdu-

Subducere.

Subducere id quo nititur aduerſariorum cauſa, id.

Subuertere.

Alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſubuertuntur, Neratius.

Elidere.

Ideoq́ replicatione elidetur exceptio, Paulus.

Submouere.

An exceptione pacti ſubmoueri poßit & debeat, Cai.

Excludere.

Non aliter me conuentionis exceptione excludi debere, Proculus.

Conuellere.

Pactis priuatorum formam Iuris fiſcalis conuelli non placuit, Papinianus.

Infringere.

Qui teſtimonio ſuo infringere voluit teſtamentum, Vlpianus.

Oppugnare.

Nam qui iudicium parentis oppugnauerit, idem.

Abreitzen.

Abziehen/abhaltẽ/abweiſen/ableyten/abfüh-ren/ widerrhaten/ entwehnen/ abſchrecken/ daruon rhaten/abwegen/abzwingen.

Die Kinder ſoll man in der Jugendt vom Böſen abhalten/ vnd zum Guten gewehnen.

Abſtrahere.

Senectus abſtrahit à rebus agendis, Cicero.

Abſterrere.

Vt videamur à pecunijs capiendis homines abſterrere, idem.

Arcere.

Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt, Cicero.

Deterrere.

Literæ quæ noſtros animos deterrent à religione, id.

Deducere.

Da operam, vt eos de illa prauitate animi deducas, id.

Dehortari.

Res ipſa aut inuitabit aut dehortabitur, idem.

Diſſuadere.

Cùm præſertim de captiuis diſſuaſurus eſſet, idem.

Detorquere.

Voluptates animum à virtute detorquent, Cicero.

Reuocare.

Reuocare aliquem à turpi conſilio, idem.

Auocare.

Lex vim habet à peccatis auocandi, idem.

Abducere.

Abducuntur homines nonnunquam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ, idem.

Remouere.

Catonem Lentulus à legibus remouit, idem.

Dimouere.

Vt ne quis te de vera & certa poßit ſententia dimouere, idem.

Auertere.

Illam furiam omnibus delinimentis animum ſuum auertiſſe, atq; alienaſſe, Liuius.

Detinere.

Quæ ad detinendos à cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt, Liuius.

Reijcere.

Sed à libris te obſcuritas reiecit, Cicero.

Abſchla-

Abſchlagen.

Verſagen/wegern/ beſchweren/ nit thun wöllen/ nit gewähren.

Du ſolt dem Armen ſeine Bitt nit abſchlagen/ noch verſagen.

Abnuere.

Nihil enim vnquam abnuit voluntas tua ſtudio meo, Cicero.

Denegare.

Impudenter facio, qui tibi tantum oneris imponam, poteſt enim mihi denegare occupatio tua, idem.

Detrectare.

Nec Romani detrectauêre pugnam, Liuius.

Recuſare.

Nihil tibi à me poſtulanti recuſabo, Cicero.

Aſpernari.

Triginta minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem videretur, idem.

Renuere.

Qui nullum conuiuium renuit, idem.

Grauari.

Non eſſem tam humanus, vti eo grauarer, quod vos cupere ſentirem, idem.

Abſchrifft.

Copeyen/Exemplar/Außſchrifft.

Exemplum.

Cæſaris literarum exemplum tibi miſi, Cicero.

Hæredem te exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipſum tenere, Vlpian.

Exemplar.

Ex literis, quas Panſa mihi miſit, cognoſces omnia, nam earum tibi exemplar miſi, Cicero.

Deſcriptum & recognitum.

Cautiones hæreditarias Iudex apud eum manere iubet, qui ex maiore parte hæres ſit, cæteris deſcriptum & recognitum faciat, Caius.

Abſtehen.

Anderſs bedencken / anderſs Rhats werden / abweichen / anderſs geſinnt ſeyn / von ſeinem Fürhaben abtretten / von ſeiner Meynung ablaſſen.

Ein weiſer Mann ſchämet ſich nicht / wann er einen beſſern Fürſchlag höret / von ſeiner Meynung abzuſtehen.

Abijcere conſilium.

Fannius ædificandi conſilium abiecerat, Cicero.

Abieci conſilium profectionis, idem.

Declinare à propoſito.

Vt declinet à propoſito, idem.

Deflectere ſententiam.

Deflectatq́; ſententiam, idem.

Mutare conſilium.

Ego autem Philotimi literis mutaui conſilium, idē.

Abijcere voluntatem.

Abijcere voluntatem faciendi aliquid, idem.

Abwenden.

Verhindern / abkehren / vorkomen / erledigen / begegnen / verhüten / brechen / abſchaffen / vorheben / ſteuren / beſſern / ſtopffen / Cauiren / entheben / vorſeyn / wehren / ſtiller / tämpffen / tilgen.

Die Forcht deß HERRN wehret vnd ſteuret der Sünd. Ein weiſer friedliebender Richter kan viel Haders abwenden / verhüten / vorkommen / vnd ſtillen.

Amouere.

Portia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, Cicero.

Præcauere.

Mala quæ difficillimè præcauentur, Cicero.

Prohibere.

Prohibere Rempub. à periculo, idem.

Auertere.

Cæſar Antonij furorem à pernicie Reip. auertit, id.

Depellere.

Non facilè tantam molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem, idem.

Propellere.

Si quando inimicorũ impetum propellere cupiſtis, id.

Repellere.

Qui à veſtro corpore iugum accerbiſsimum repuliſſet ſeruitutis, id.

Obuiam ire.

Conatibus malorum obuiam ire, idem.

Comprimere.

Compreſſi tuos nefarios conatus, idem.

Diſcutere.

Dij faciant, vt hoc periculum diſcutiam ac comprimam, Cicero.

Retardare.

Vt animos iſtius & impetus retardaret, idem.

Occurrere.

Maleuolentiæ hominum in me, ſi poteris occurres, id.

Præuenire.

Niſi aliquis caſus aut occupatio conſilium eius præueniſſet, idem.

Præcurrere.

Si quid etiam de ſua ſalute iniretur conſilij celeritate præcurreret, Cæſar.

Anteuertere.

Cæſar omnibus conſilijs anteuertendum exiſtimauit, Cæſar.

Præuertere.

Huic rei præuertendum exiſtimauit, idem.

Nec poſſe cum hoſtes propè ad portas eſſent, bello præuertiſſe quicquam, Liuius.

Propulſare.

Periculum quod in omnes intenditur, propulſate, Ci.

Plus animi eſt inferenti periculum quàm propulſanti, Liuius.

Reprimere.

Hæc Reip. peſtis paulatim reprimi poteſt, Cicero.

Remouere.

Hunc tu (inquit) tua voluntate, L. Tarquini remoue metum, Liuius.

Redimere.

Ego calamitatem à Repub. meis priuatis incommodis libentiſsimè redemiſſem, Cicero.

Subleuare.

Suum laborem hominum periculis ſubleuandis impartire, idem.

Expedire.

Vt tantis circumuentam erroribus expediret Remp. Liuius.

Offerre ſe.

Huic tantæ tempeſtati cùm ſe Coſſ. obtuliſſent, facilè experti ſunt, parum tutam maieſtatem ſine viribus eſſe, idem.

Proſpicere.

Sed tamen huic malo Pop. Ro. proſpexit, Cic.

Prouidere.

A me ita præcautum & prouiſum eſt, id.

Abzey-

Abzeychen.

Außſtecken/verſteinē/bezirckē/vertreynen/mit Marckſteinen beſetzen/verſtecken/ verzeychen.

Die Frontier / Anwendung vnd Gräntzen der Länder/ſol man vmb Friedens willen/vnd zu erhaltung guter Nachbarſchafft / mit Marckſteinen / Auffwürffen/ oder andern Gemercken / abzeychen / beſetzen vnd verſtecken.

Definire regionibus.

Res hæ quas geßimus orbis terræ regionibus definiuntur, Cicero.

Circumſcribere.

Regionibus vitæ ſpacium circumſcriptum eſt, id.

Terminare regionibus.

Quorum alter finem veſtri Imperij, non terræ, ſed cæli regionibus terminaret, idem.

Deſcribere finibus.

Craſſus mihi viſus eſt, oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere, Cicero.

Sepire terminis.

Cuius terminis ſepta teneatur, idem.

Finibus circundare.

Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circumdediſti, idem.

Fines dirigere.

Per aliam regionem fines dirigere Iudex velit, Vlp.

Acht haben.

Warnemmen/auffmercken/ zuhören.

Hab fleiſsig acht auff die Lehre deines Zuchtmeiſters/ vnd nim̄ war ſeiner gutē vnterrichtung.

Aduer-

Aduertere.

De librarijs ſi me amas, diligenter aduerte, Cic.

Animaduertere.

Nunc quam rem vitio dent, quæſo animaduertite. Terentius.

Adeſſe animo.

Adeſte æquo animo, & rem cognoſcite, idem.

Intendere.

Defigere & intendere animum in aliquam rem, Ci.

Attendere.

Si diligenter attendimus, hæc apta inter ſe intelligimus, idem.

Audire animo attento.

Etſi me attentiſsimis animis ſumma cum benignitate auditis, idem.

Erigere aures.

Erigite mentes, aureſq; veſtras & me dicentem attendite, idem.

Attendere animum.

Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur, Cicero.

Præbere ſe attentum.

Præbebo me tibi viciſsim attentum contra ſtoicos auditorem, idem.

Audire attentè.

Vos oro vt attentè bonaq; cum venia verba mea audiatis, Cicero.

Dare operam ſermoni.

Diſsimulabam horũ ſermoni me operam dare, Plaut.

Dare operam aurium.

Recita, aurium operam tibi dabo, idem.

Auſcultare.

Nam iſtis magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo, Cicero.

Aures

Aures patent.

Regum aures patere debent querelis omnium, idem.

Præbere aures vacuas.

Aures non obtuſæ criminatione, ſed vacuæ præbebuntur, idem.

Alt.

Betagt/Greiß/mit Alter beladen. Er gehet vff der Gruben.

Ætate confectus.

Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus, Cic.

Ætate affecta.

Homo ætate affecta, & viribus infirmis, idem.

Ætate exacta.

Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore fero, Ter.

Affectus ſenectute.

Metellus iam affectus ſenectute, Cicero.

Confectus ſenio.

Tota ciuitas confecta ſenio eſt, idem.

Decrepitus.

Triſtis ac decrepitus ſenex, idem.

Senectute deſipiens.

Populus Athenienſis propè iam deſipiens ſenectute, id.

Summa ſenectute.

Cùm eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine, idem.

Senectute confectus.

Homo confectus ſenectute, idem.

Senex.

Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe viuere, Cicero.

Vetulus.

Mulier vetula ſanè & multarum nuptiarum, id.

Vetus.

Exercitatus & vetus miles, idem.

Annis

Annis confectus.

Iam per ea tempora confectum annis Micipſam parum animo valuiſſe, Saluſtius.

Annis infirmus.

Quibus corpus annis infirmum, idem.

Senectute conſitus.

Conſitus ſum ſenectute, Plautus.

Plenus ætatis.

Cùm ſis iam ætatis plenus, idem.

Senecta ætate.

Hic ille eſt ſenecta ætate, qui factus eſt puer, Plautus.

Defectæ ſenectutis.

Vel defectæ ſenectutis homine, Vlpianus.

Ætate feſſus.

Aut ætate feſſus, idem.

Als.

Gleich/eben/gleicherweiß. Daß ich ein Exempel gebe.

Verbi gratia.

Itaq; verbi gratia, ſi vicerunt, merces duorum fuerint, Calliſtratus.

Sed ſi fingamus abfuiſſe maritum (verbi gratia) per decennium, Vlpianus.

Vt ecce.

Vt ecce, ſi ancilla ob pactionem libertatis expromiſſore dato, idem.

Exempli loco.

Exempli loco, latro mihi ſpolia abſtulit, Triph.

Vtputa.

Vtputa, dedi tibi, ne ſacrilegium facias, Vlpianus.

Veluti.

Veluti ſi pecunia detur, vt malè iudicetur, Paulus.

Ampt.

Ampt.

Befehl/Geſchäfft/Handel/Beruff/ Function.
Setze deim Ampt vnd Befehl trewlich vnd mit fleiß nach/ ſo wirſtu beyn Herrn wehrt gehalten.

Officium.

Non quod ei cura defuerit in tanto officio, Cicero.

Munus.

Principum munus eſt reſiſtere leuitati multitudinis, idem.

Negotium.

In extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligentiſsimus ſis, Cicero.

Penſum.

Meq́ ad meum munus penſumq́ reuocabo, idem.

Prouincia.

Is illam ſibi officioſam prouinciam depopoſcit, idem.
O Geta prouinciam cepiſti duram, Terentius.

Opus.

Munere quodam neceßitatis & graui opere perſungimur, Cicero.

Partes.

Quæ ſint partes præſidis ex reſcripto Diui *Pij manifeſtatur, Vlpianus.*

Onus.

Onus Aetna grauius mihi videor ſuſtinere, Cicero.

Anklagen.

Peinlich verklagen/ für das peinliche Gericht fordern/einer Vbelthat bezüchtigē/ein mit peinlichem ſtrengem Rechten fürnemmen/angeben.

Accuſare.

Aeſchines à Demoſth*ene capitis fuit accuſatus,* Cic.

Acceerſire.

Accerſire.

Accerſitus Cepio Maieſtatis, idem.

Arceſſere.

Arceſſere aliquem in iudicium capitis, idem.

Vocare in iudicium.

Vocare aliquem in iudicium capitis, idem.

Facere reum.

Non eſt permiſſum mulieri publico iudicio quenquam reum facere, Pompon.

Deferre.

Deferre nomen alicuius de parricidio, Cicero.

Adducere in iudicium.

Hunc igitur in iudicium adduxit Aeſchines, idem.

Poſtulare.

Pylius eum de repetundis poſtulauit, idem.

Si tamen alio crimine poſtuletur ab eodem, Vlpian.

Inſtituere accuſationem.

Aduerſus proprium ſeruum dominus accuſationem inſtituere poteſt, idem.

Deferre reum.

Titius profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia adulterij ream deferre, Paulus.

Obijcere crimen.

Si cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimen ſubſcriptio, Vlpianus.

Queri.

Lege Iulia Iudiciorum publicorum cauetur, ne eodem tempore de duobus reis quis queratur, Ven.

Intendere crimen.

Non debet cogi actor omiſſa actione ciuili, crimen intendere, Vlpianus.

Mouere accuſationem.

Si viuo reo accuſatio mota eſt, Modeſtinus.

Anderſt

Anderſt reden/dann ers meynt.

Anderſt ſchreiben/dann er geſinnet iſt/anderſt in Worten ſich ſtellen/dann ers im Hertzen hat/anderſt thun/dann die Wort lauten.

Weh denen/die anderſt ſagen/dann ſie es meynen/vnd glatte Wort auß einem falſchen Hertzen gieſſen.

Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio, Cicero.

Diſsimulatio eſt, cùm alia dicuntur ac ſentias, idem.

Sed facta veſtra orationi non conueniunt, Liuius.

Cùm vultus Domitij cum oratione non conſentiret, Cæſar.

Ad ea rex aliter atq; animo gerebat placidè reſpondit, Saluſtius.

Aliud clauſum in pectore, aliud lingua promptum habere, idem.

In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atq; orationes, corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto, Plautus.

Linguis dicta dulcia datis corde amara facitis, idem.

Aliter loqui, aliter animo affectum eſſe, Liuius.

Anfang.

Vrſprung/Anhab/Jngang/Wurtzel/Brunnquell/Häuptvrſach/Häuptgrund/Häuptbrunn/Häuptquelle.

Gottes Wort iſt der Weißheit Brunn vnd Vrſprung. Geitz iſt ein Wurtzel alles Böſen.

Principium.

Omnium cauſarum vnum eſt naturale principium, Cicero.

Et certè cuiuſq́; rei potiſſima pars principiũ eſt, Caſ.

Caput.

Iam ab illo fonte & capite Socrate, Cicero.

Idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput, Teren.

Exordium.

Difficillimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium, Cicero.

Initium.

Sic enim ab initio fuit animatus, idem.

Fons.

Omnes omnium rerum fontes animo ac memoria continere, idem.

Origo.

Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ, idem.

Author.

Si quid ſine capite manabit, & eius author non extet, idem.

Ortus.

Iuris ortum à fonte repetamus, idem.

Primordium.

Primordia rerum & quaſi præcurrentia, idem.

Incunabula.

Ab incunabulis noſtræ veteris puerilisq́; doctrinæ, id.

Rudimentum.

An vlla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis, Cicero.

Cunabula.

Et extat illius liber, qui veluti cunabula Iuris continet, Pompon.

Seminarium.

Id autem eſt principium vrbis, & quaſi ſeminarium Reipub. Cicero.

Semen.

Huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti, idem.

Stirps.

Stirps ac ſemen malorum omnium, idem.

Elementum.

Dialectica tradit elementa loquendi, idem.

Cauſa.

Cauſam, id eſt, principium Philoſophiæ eſſe ſcientiam, idem.

Anfangen.

Anheben / Anfang nemmen / Anhab machen / erſtlich angreiffen / zum Handel ſchreiten.

Was du nicht außführen vnd vollenden kanſt / das ſolt du nicht anfangen.

Capere primordium.

A dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia, Cicero.

Ordiri.

Vt autem à facilimis ordiamur, idem.

Capere exordium.

Ego ab vltimis temporibus ſcribendi exordium capiendum cenſeo, idem.

Capere initium.

Vt aliud initium belli capere poſſint, Cæſar.

Capere principium.

Inde mihi principium capiam ex tragœdia, Plautus.

Aggredi.

In omnibus negotijs priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens, Cicero.

Cœpiſſe.

Vt magis pœniteret cœpiſſe, quàm liceret deſiſtere, idem.

Ducere principium.

Ducere principium ab aliqua re, Cicero.

Ducere initium.

Belli initium ducetur à fame, idem.

Ducere exordium.

A quo totius vitæ ducat exordium, idem.

Exordiri.

Pertexe modò Antoni, quod exorſus es, idem.

Inchoare.

Meos libros, quos expectas, inchoaui, idem.

Incipere.

Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinẽdi modus, Cic.

Ingredi.

Sed quod nos facere nunc ingredimur, idem.

Ponere initium.

Vt malè poſuimus initium, ſic cætera ſequentur, id.

Facere initium.

Panſa initium cum hoſtibus confligendi fecit, idem.

Vbi neutri initium tranſeundi faciunt, Cæſar.

Sumere initium.

Tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt, Cicero.

Facere principium.

Principio facto à Q. Fabio Maximo, Liuius.

Repetere initium.

Repeterem initium amicitiæ ex parentibus, Cicero.

Anfang gewinnen.

Vrſprung nemmen/kommen/flieſſen/ erwachſen/ eynreiſſen/ entſprieſſen/ entſtehen / entſpringen/anfangen/entſpinnen/erheben/ herfür tringen/eynſchleichen/quellen/anfang haben.

Der Römer Geſetz haben jren anfang von den Griechen gewonnen/Der Griechen Satzung ſind von den Hebreern her gefloſſen.

Originem

Originem ſumere.

Quæ res à Iure gentium originem ſumpſit, Vlpianus.

Originem accipere.

Sed à ſuſcepto negotio originem accepit, Paul.

Originem trahere.

Mandatum originem ex officio atq; amicitia trahit, idem.

Initium capere.

Eorum vna pars initiū capit à flumine Rhodano, Cæſ.

Defluere.

Hoc totum è Sophiſtarum fontib. defluxit in forum, Cicero.

Trahi.

Ab iſto initio tractus eſt ſermo, idem.

Duci.

Hinc Pomponij ductus eſt ſermo, idem.

Effluere.

Etſi effluunt multa ex veſtra diſciplina, quæ etiam ad noſtras aures ſæpè perueniant, idem.

Emanare.

Alij ex alio fonte præceptores dicendi emanauerunt, idem.

Erumpere.

Ex auaritia erumpit audacia, idem.

Exiſtere.

Ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, idem.

Exoriri.

Honeſtum quod ex his virtutibus exoritur, idem.

Fluere.

Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt, idem.

Ex his fluere cœpit ius ciuile, Pompon.

Illabi.

Senſim pernicies illapſa in ciuium animos, Cicero.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Manare.

A capite quod velimus arceſſere, & vnde omnia manant videre, idem.

Proficiſci.

Ex quo hæc omnia nata & profecta ſunt, idem.

Naſci.

Timiditas ex rebus naſcitur, idem.

Oriri.

Officis quæ oriuntur à ſuo cuiusq; genere virtutis, idem.

Deſcendere.

Iuri operam daturum, prius noſcere oportet, vnde nomen Iuris deſcendat, Vlpianus.

Inuadere.

Sed poſteaquàm Iure gentium ſeruitus inuaſit, id.

Cœpiſſe.

Iure gentium tria hominum genera eſſe cœperũt, id.

Introduci.

Ex hoc Iure gentium introducta bella, Herm.

Irrepere.

Cùm vtilitas pignorum irrepſerit, Vlpianus.

Venire.

Ius ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, S.conſultis, Decretis principũ, auctoritate prudentium venit, Pap.

Angeberen.

Eynbilden/eynpflantzen/eynſetzen/ eyngeben/ ins Hertz ſchreiben/eyngraben.

Die Natur hat den Eltern ein ſonderliche Lieb gegen den Kindern eyngebildet/ vnd jnns Hertz gepflantzet.

Ingenerare.

Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt, Cicero.

Ingignere.

Natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, Cicero.

Infigere.

Hoc quod in communibus hominum ſenſibus, atq; in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt, Cicero.

Imprimere.

In omnium animis Deorum notionem impreßit natura, idem.

Inſculpere.

Natura inſculpſit in mentibus noſtris, vt Deos beatos haberemus, idem.

Informare.

Ita eſt informatum mentibus noſtris, idem.

Inſerere.

Natura ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, idem.

Angeboren.

Von Natur eyngebildet/ eyngepflantzet / inns Hertz geſchrieben.

Dem Menſchen ſind aller Tugendt Füncklein angeboren.

Ingeneratus.

Vt ingenerata ei familiæ frugalitas videatur, Cic.

Ingenitus.

Ingenita naturæ virtus, idem.

Innatus.

Inſita vel potius innata cupiditas, idem.

Infixus in natura.

Quod in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt, idem.

Informatus in animo

In animis noſtris informatas eſſe Deorū notiones, id.

Inſitus in animo.

Natura' *atq; inſita in animis noſtris notio, idem.*

Poſitus in natura.

Quod in ipſa natura poſitum eſt, Cicero.

Anhefften.

Hinbey ſetzen / hinzu thun / mit eynmiſchen / anhangen / mit eynflicken / hinzu ſetzen / hinbey werffen.

Wer Newezeitung nachſagt / der ſetzt gemeiniglich etwas hinzu.

Addere.

Multum addunt atq; adferunt de ſuo, Cicero.

Adijcere.

Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ et ingenij gloriam adiecit, idem.

Adiungere.

Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit, id.

Admiſcere.

In illis veteribus noſtris ſcriptis multa admiſta ſunt ex intima Philoſophia, idem.

Adſcribere.

Hoc in omnibus legibus adſcribitur, idem.

Annectere.

Stomachus ad linguam annectitur, idem.

Appingere.

Epiſtolam ſuperiorem reſtitue nobis & appinge aliquid noui, idem.

Apponere.

Ariſtarchus q; notam apponebat ad malū verſum, id.

Attexere.

Ad id quod erit immortale, partem attexitote mortalem, Cic.

Anreye

Anreytzung.

Bewegung/anweiſung/anleytung/vrſach/anſchundung/gepfeiſch/anlenckung/anweglung.
Gelt iſt ein anreytzung zu allen Böſen.
Wolluſt iſt ein anleytung zu aller Schalckheit.

Eſca.

Plato eſcam malorum voluptatem appellat, Cic.
Voluptas eſt eſca malorum, quòd ea non minus homines, quàm hamo capiantur piſces, Plaut.

Calcar.

Alter frenis eget, alter calcaribus, Cicero.

Illecebra.

Voluptas eſt illecebra turpitudinis, idem.

Impulſus.

Hoc P. Clodij impulſu factum eſt, idem.

Incitamentum.

Hoc hominibus maximum & periculorum incitamentum eſt, idem.

Inſtinctus.

Poëtæ carmina non ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu fundunt, idem.

Inſtigatio.

Amplificatio inſtigationis auditorum cauſa ſumitur, idem.

Inuitamentum.

Prima inuitamenta naturæ, idem.

Materia

Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare, Cicero.

Stimulus.

Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli, idem.

Irritamentum.

Neq́; ſalem, neq́; alia gulæ irritamenta quærebant, Saluſtius.

Delinimentum.

Cum nouercalibus delinimentis inſtigationibusúe corrupti, Max.

Anreytzen.

Eyngewinnen/ locken/eynführen/vberreden/ dahin ſchwetzen/bewegen/bereden/anweiſen/betheydigen / eynlocken / reytzen / auffwiegeln / in Sinn ſprechen/pfeiſchen.

Reichthumb locket die Jugendt zur Hoffart vnd reytzet zur Wolluſt.

Allicere.

Virtus allicit homines ad diligendum, Cicero.

Allicere donis Iuuenes de ſe ingentia polliciendo, Liui.

Illicere.

Similitudo illicit atq́; attrahit ad amicitiam, Cic.

Allectare.

Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atq́; allectat ſenectus, idem.

Adducere.

Pompeium in eam voluntatem adduxi, vt faceret, id.

Captare.

Captare aliquem aliquo emolumento, idem.

Pellicere, capere.

Ea animum adoleſcentis pellexit ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteſt, idem.

Ducere.

Ita me ad credendum tua ducit oratio, idem.

Elicere.

Elicere aliquem præmijs, vt aliquid faciat, idem.

Maſi-

Maſiniſſam portis obequitare, atq́; hoſt[illegible] ad pugnam elicere iubet, Liuius.

Inducere.

Idq́; vt facerem orationibus inducebar tuis, Cicero.

Permulcere.

Eum qui audit permulcere atq́; allicere, idem.

Perſuadere.

Prorſus ita eſſe, vt ſcribis mihi perſuades, idem.

Trahere.

Trahimur omnes laudis ſtudio, idem.

Vocare.

Lex vim habet ad recta facta vocandi, vt à peccatis auocandi, idem.

Perlicere.

Cæteros accolas perlicit donis Annibal, Liuius.

Ineſcare.

Neſcis ineſcare homines, Terentius.

Anſchunden.

Dahin bewegen/ vberreden / anweiſen/ anleyten/ anwegen/ anfahren/ treiben/ zwingen/ nötigen/ anreytzen/ tringen/ vervrſachen/ vrſach gebē/ anhalten/ darzu bringen/ erwecken/ anregen.

Armut vnd Geitz zwingen die Leut zu Schande vnd Laſter.

Incitare.

Ad ſtudium & ad laborē incitandos iuuenes puto, Ci.

Primores Gabinorum ad rebellandum incitaret, Li.

Excitare.

In eccitando & acuendo plurimum valet, ſi laudes eum, quem cohortêre, idem.

Accendere.

Præclarè ſe res habeat, ſi hæc accendi aut commoueri arte poßint, Cicero. Dome-

Domeſticæ etiam gloria accenſus ad prælium, Liuius.

Adhibere calcaria.

Alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos, Cicero.

Admouere ſtimulos.

Stimulos admouent, ignes adhibent, idem.

Concitare ſtimulis.

Nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, idem.

Stimulare.

Animos eorum nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe præmiorum accendit, Liuius.

Audita quoq; gloria animum ſtimulabat, idem.

Commouere.

Duæ res ſunt, quæ poſſunt hominem ad turpe compendium commouere, Inopia & auaritia, Cicero.

Permouere, adducere.

His rebus adducti & authoritate Orgetorigis permoti, Cæſar.

Mouere.

Lentulus æris alieni magnitudine & ſpe exercitus mouetur, idem.

Compellere.

Ad illa arma fato neſcio quo ſumus compulſi, Cicero.

Impellere.

Grauiſſimè autem in hanc mentem me impulit Pompeij fides, idem.

Concitare.

Admirabili quodam ad Philoſophiam ſtudio concitatus, idem.

Detrudere.

Si aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, idem.

Cogere.

Fieri particeps alieni ſceleris inuitus cogor, idem.

Vrgere.

Vrgere.

Eos vrgente Lælio religioſos fuiſſe putamus, idem.

Incendere.

Omnes incenduntur ad ſtudia gloriæ, idem.

Inflammare.

Genus belli eſt huiuſmodi, quod maximè noſtros animos excitare atq; inflammare debet, idem.

Exuſcitare.

Quæ cura exuſcitat etiam animos, Cicero.

Inſtigare.

Si eos vehementer inſtigare velimus, idem.

Irritare.

Hinc ſpes hinc deſperatio animos irritat, Liuius.

Perpellere.

Vultus huius te oculiq; perpulerunt, Cicero.

Anſetzen.

Ernennen/ beſtimmen/ benamen/ namhafftig machen/ außſetzen/ außlegen/ anſtellen.

Wann der Tag deß jüngſten Gerichts angeſetzet/ ernennet vnd beſtimpt/ iſt keinem Menſchen bewußt.

Conſtituere diem.

Cecinna ad conſtitutam diem tempusq; venit, Cic.

Die conſtituta cauſæ dictionis, Cæſar.

Deſtinare.

Cùm eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaſſet, Cicero.

Dicere diem.

Dicere diem operi faciendo, id. Diem dicunt, Cæſ.

Statuere.

Ego diem ſtatuo ſatis laxam, Cicero.

Præfinire.

Deinde aliquanto poſt eam diem veniunt, quæ dies lege præfinita eſt, idem.

Præſti-

Præſtituere.

Diem præſtituit operi faciundo Cal. Decemb. idem.
Ei rei dies hæc præſtituta eſt proxima, Plautus.

Edicere diem.

Diem qua ornati adeſſent, edixit, Liuius.

Anſchreiben.

Eingraben/einſchneiden/einſtechen/ einſchreiben/eintrucken/ einbrennen.

Der Römer Geſetz ſind in ehrne Tafeln geſtochen geweſen/wie Liuius ſchreibet. Pomponius ſpricht/ ſie ſeyē an Helfenbein Tafeln geſchriben.

Incidere.

Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum videmus, Cicero.

Inſcribere.

Sit inſcriptum in frontem vniuſcuiuſq; quid de Rep. ſentiat, idem.

Inprimere.

Quid ſi in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero, idem.

Inſculpere.

Natura inſculpſit in mentibus noſtris, vt deos beatos haberemus, Cicero.

Infigere.

Quod in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt, idem.

Inurere.

Monumentum cruētis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt, idem.

Perſcribere.

Quas in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, Pomponius.

Antwor=

Antworten.

Mit Antwort begegnen/widerſagen/antwort geben/ beſcheyden / gegenbericht thun / widerſchreiben.

Man ſoll nicht auff ein jede Frag antworten. Wer närriſch fragt/der wirt närriſch beſcheyden.

Reſpondere.

Ego tibi reſpondebo ad ſingula, Cicero.

Occurrere.

Occurritur autem nobis & quidem à doctis, idem.

Referre.

Quid autem à nobis refertur & reſpondetur, idem.

Reſcribere.

Reſcribam tibi ad omnia quæ quæris, idem.

Dare reſponſum.

Ipſis autem tantis de rebus reſponſum nullum dediſti, idem.

Reddere reſponſum.

Cùm Senatus impediretur, quò minus equitibus Romanis reſponſum redderetur, idem.

Verba facere ad aliquid.

Ad ea Bocchus placidè & benignè verba facit, Saluſt.

Anzeygen.

Hoc me commonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat, idem.

Admonère.

Putaui ea de re te eſſe admonendum, id. li. 4. Fa. ep. 10.

Excitare ad memoriam.

Vt te quoq; ad memoriam rerum noſtrarum excitarem, idem.

Erlauben.

Zulaſſen/nachgeben/vergůnſtigen / Macht geben / verhengen/ vergȯnnen / geſtatten / Gewalt geben/nicht darwider ſeyn.

Der Richter ſol dem Klåger nicht mehr zulaſſen noch vergȯnnen/dann dem Beklagten.

Dare facultatem.

Vt maior facultas Tribunis daretur ſeditionis concitandæ, Cicero.

Data facultate itineris faciundi, Cæſar.

Dare abſolutè pro concedere.

Vt hoc mihi darent, tibi in Sicilia; vti eſſe liceret, Cicer. fam. epiſt. 86.

Facere facultatem.

Ariſto exiſtimat prætorem aditum facultatem facere debere hæredi, rationes defuncti petere, Vlpianus.

Concedere facultatem.

Vtinam mihi hanc facultatem iam concederet, Cice.

Permittere.

Tibi permitto, abiréne malis, an manere, idem.

Dare licentiam.

Pueris non omnē licentiam ludendi damus, id. 1. Offic.

Data eū

Data eis pleniore licentia ad diſciplina publica emendationem, Aurelius.

Permittere licentiam.

Hac licentia permiſſa, vt quantum vellent, auferrent, Cicero.

Belli componendi licentiam ipſis permittat, Saluſt.

Concedere licentiam.

Ne ab iſto conceſſam videamur habere licentiam fingendi, Cicero.

Licentia concedenda eſt ei, cui onus probationis incumbit, Paulus.

Dare poteſtatem.

Si vobis ex omni populo poteſtas diligendi eſſet data, Cicero.

Facere poteſtatem.

Sibiq; vti poteſtatem faceret, in Vbios legatos mittendi, Cæſar.

Quam tibi ſcribis à Bibulo fieri poteſtatem, Cicero Famil. epiſt. 27.

Offerre poteſtatem.

Omnibus ferè viſendi domos oblata vltrò poteſtas grata erat, Liuius.

Permittere poteſtatem.

Vobis poteſtas decernendi eſt permiſſa, Cicero.

Ea poteſtas magiſtratui maxima permittitur, Saluſtius de Catil.

Conferre indulgentiam.

Poſtea diuus Nerua pleniſſimam indulgentiam in multos contulit, Paulus.

Largiri.

Amoriq́ꝫ noſtro pluſculum etiam quàm concedit veritas, largiare, Cicer. fam. epiſt. 69.

Concedere.

Si mihi hoc à vobis tribui, concediq́ꝫ ſentiam, idem.

Concedere libertatem.

Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romana non eſt conceſſa libertas, idem.

Largiri libertatem.

Vereor ne largiar ei, qui contradicturus eſt, maiorem libertatem ad licentiam, idem.

Erledigen.

Außwickeln/ außſchlagen/ erlöſen/ den Kopff auß der Schlingen ziehen.

Er hat mit ſeiner Weißheit/ Fürſichtigkeit vnd Fleiß/ den gemeinen Nutzen auß groſſer Gefahr vnd Auffrhur erlediget.

Eripere.

Illum ex periculo eripuit, Cæſar.

Cùm ex iſtorum inſidijs eripiar, Cicero.

Eximere.

Orantes vt ſe obſidione eximeret, Liuius.

Sed dolis me exemi, Plautus.

Expedire.

Cura ſe expediuit, Terentius.

Sapientis eſt, cùm ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poßit, ſe expedire, Cicero.

Euoluere.

Ego nullo poſſum me remedio euoluere ex his turbis, Terentius.

Explicare.

Explicare.

Qui ſe profectò nunquam, ſi i… illum locum proceſſerint, explicabunt, Cicero.

Extricare.

Si cùm margaritas maritus dediſſet in vſum extricatas, Vlpianus.

Exoluere.

Si me occupationibus relaxâro, nam vt planè exoluam, non poſtulo, Cicer. fam. epiſt. 101.

Facere expeditum.

Quomodo me expeditum ex impedito faciam? Plaut.

Extexere.

Extexam illum pulchrè iam, ſi Dÿ volunt, idem.

Expellere.

Dolis me illo expuli ex periculo, idem.

Extrahere.

Vrbem, me duce, ex periculis maximis extraxiſſent, Cicero.

Liberare.

Cæteri ex his incommodis pecunia ſe liberârunt, id.

Erlegen.

Bezahlen/lieffern/vergnügen/gütlich entrichten/ darzehlen/ geben / Schuldt tilgen / auß der Schuldt komen/zu frieden ſtellen/contentiren.

Ich hab alle meine Gläubiger bezahlet / wol zu frieden geſtellet/vnd gütlich vergnüget.

Soluere.

Soluere pecuniam alicui, iam diu debitam, Cicero.

Quoties quis debitor vnum debitum ſoluit, Vlp.

Exoluere.

Nec exoluit quod promiſerat, Cicero.

Si alio nomine exolutum quis eorum velit, Florent.

Perſoluere.

Tantum me tibi debere existimo, quantum perſoluere difficile eſt, Cicero.

Diſſoluere.

Aes alienum eiuſdem diſſolutum, idem.

Dare pecuniam.

Qui pecuniam pro potione dedit, idem.

Satisfacere.

Hermippus Fuſiis ſatisfacit, & fidē ſuam liberat, id.

Dare nummos.

Si pupillus nummos dederit, non fient accipientis, Vlpianus.

Facere ſolutionem.

Is fideiuſſor ſolus liberatur, cuius nomine ſolutio facta eſt, Iulianus.

Dependere.

Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti, Cic. fam. epiſt. 9.

Inſolutum dare.

Prædia ſui patris minor inſolutum inconſultè dedit, Sceuola.

Numerare pecuniam.

Neq; intererit, viuo an mortuo domino pecunia numerata ſit, Iulianus.

Dinumerare pecuniam alicui, Cicero.

Retribuere.

Fidei conducit in loco debitum retribuere, idem.

Releuare.

Ex antiquiore contractu decem, ex alio quinq; erunt releuata, Vlpianus.

Leuare ſe ære alieno.

Liberare aut leuare ſe ære alieno, Cicero.

Liberari

Liberari ære alieno.

Multæ ciuitates ære alieno liberatæ, Cicero.

Dum ea res ciuitatem ære alieno liberaret, Saluſtius de Catil.

Exire ære alieno.

Qui ſe exire ære alieno putauit poſſe, cùm aliena venderet, idem.

Diſſoluere æs alienum.

Prædijs venditis, æs alienum eiuſdem diſſolutum, id.

Ehrlich.

Fromb / Tugendtſam / Bider / Redlich / Ehrſam / Ehrbar / Ehrliebend / Tugendtreich / Auffrichtig / Strack.

Ein Richter ſol ein ehrlich / fromb / vnſtråfflich Mann ſeyn.

Probus.

Probus, benè moratus, & bonus vir, Cicero.

Bonus.

Vir bonus & ſimplicis veritatis amicus, minimeq́ fallax, idem.

Iudicem boni & innocentis viri officio fungi oportet, Vlpianus.

Bonitate præditus.

Vir ſingulari bonitate & modeſtia præditus, Cicero.

Honeſtus.

Numerius Suffucius honeſtus homo & nobilis, idem.

Honeſtè ſe gerens.

Illi valde honeſtè ſe gerunt, idem.

Honeſtè viuens.

Honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere, Vlpianus.

Rectus.

Si quis eſt paulò rectior, Cicero.

Incorruptus.

Teſtis incorruptus atque integer, idem.

Innocens.

Vir integer, innocens, religioſus, idem.

Summa innocentia.

Vir ſumma integritate atq; innocentia, idem.

Integer.

Cumq; illo nemo eſſet integrior neq; ſanctior, idem.

Popularis actio integræ perſonæ permittitur, Paulus.

Ingenuus.

Homo ingenuus liberaliterq; educatus, Cicero.

Syncerus.

M. Ciuium ſyncerum integrumq; conſerues, idem.

Purus.

Pura atq; integra mens, vir prudens, pudens, idem.

Virtute præditus.

Vir ſingulari virtute, conſtantia, grauitate præditus, idem.

Apertus.

Tum etiam apertum & ſimplicem animum noui, Cic. fam. epiſt. 9.

Erlogen.

Vermeynt/ vngegründet/ ertichtt/ angemaſſet/ vnwarhafftig/ loß/ falſch/ grundtloß/ ohn allen Grundt/ Bodenloß/ geferbt/ lügenhafftig/ vngewiß/ vnbeſtändig/ verwohnet/ ſimuliert.

Deiner vermeynten/ vnwarhafftigen/ bodenloſen Klage bin ich zu grundt nicht geſtändig.

Mendax.

Mendaci homini ne verũ quidẽ credere ſolemus, Cic.

Ex men-

Ex mendacio totus compoſitus.

Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio compoſitus, Cicero.

Vanus.

Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt, Terent. Eunuch.1.2.

Credere orationi vanæ alicuius, Cicero.

Falſus.

Ex falſis verum effici non poteſt, idem.

Duæ orationes pugnantia continentes, ſimul falſæ ſunt, Iulianus.

Simulatus.

Ficta omnia celeriter tanquan floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum, Cicero.

Remotus à vero.

Procul remotus à vero, idem.

Nugatorius.

Nam illud valde leue eſt, ac nugatorium, idem.

Leuis.

Quod apud omnes leue ac infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe dicetur, idem.

Plenus leuitatis.

Hæc plena ſunt futilitatis, ſummæq; leuitatis, idem.

Fucoſus.

Merces fallaces & fucoſæ, idem.

Fucatus.

In qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor, idem.

Adumbratus.

Gloria eſt ſolida quædam res expreſſa, non adumbrata, idem.

Ementitus.

Quòd me de ementitis auſpicijs putâris eſſe dicturum, idem.

Commentitius.

Ficta & commentitia fabula, Cicero.

Fictus.

Res ficta & adumbrata. Commentitij & ficti Dij, id.

Adulterinus.

Qui ſignum adulterinum fecerit vel exſculpſerit, Modeſtinus.

Adulterina claues, Saluſtius de Iugurtha.

Falſche oder frembde Schlüſſel.

Erneuwern.

Erholen/repetiren/erwidern/auffs neuwe anfangen/eröffnen/widerholen/wider anziehen. Ich bitte/du wölleſt die jetzterzehlte Hiſtorien widerholen/ repetiren vnd eröffnen.

Iterare.

Vt quod dixit, iteres, Cicero.

Iterum dicere vel legere.

Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ, quæ iterum legantur, idem.

Duplicare.

Cùm duplicantur iteranturq́; verba, idem.

Geminare.

Verba geminata atq; duplicata, idem.

Redintegrare.

Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, idem.

Redintegrare bellum, Cic. fam. epiſt. 222.

Renouare.

Nam quid ego improborum facta renouem oratione? idem.

Renouare

Renouare bellum, Cic. ſam. epiſt. 2. fœdus, ibi. epiſt. 257. ſocietatem, epiſt. 269. timorem, epiſt. 231.

Refricare.

Vt illa vetus fabula refricaretur, idem.

Refricare deſiderium, Cice. ſam. epiſt. 74. ibid. Refricare dolorem.

Repetere.

Quamobrem Vellei, niſi moleſtum eſt, repete, quæ cœperas, idem.

Reuocare.

Studium Philoſophiæ ſummo authore atque doctore reuocari, idem.

De integro reſumere.

De integro reſumit bellum, Saluſt.

Epiſtola de integro mihi ſcribenda eſt, Cicero.

Ex integro agere.

Permitti conſtitutionibus Principum ex integro cauſam agere, Caius.

Retractare.

Si iureiurando tranſactum ſit negotium, non conceditur tandem cauſam retractare, idem.

Erobern.

Gewinnen/ obſiegen/ obligen/ ſiegen/ abtringen/ abſchlagen / das Feldt behalten/ den Feindt ſchlagen/ Widerſacher bezwingen/ vberwinden/ den Sig behalten / Ehr vnd Preiß einlegen/ die Schlacht erobern / das Feldt abſchlagen/ vnterſich werffen/ einnemmen/ vnterſich in ſeinen Gewalt bringen/ zinßbar machen/ an dz Reich bringen/ vberwältigen/ vntertrücken.

Der Keyſer Julius hat vorzeiten gantz Franckreich be-

reich bezwungen/erobert/ eingenommen/vnd an das Römiſch Reich gebracht.

Vincere.

Malo me cum Pompeio vinci, quàm cum iſtis vincere, Cicero.

Is qui licitatione vicerit, Paulus.

Capere.

Sex oppida vi oppugnando cepi, Cicero.

Deuincere.

Duellius, qui Pœnos claſſe deuicit, idem.

Superior diſcedere.

Cùm hic Iuriſconſultus fuerit ſuperior diſceſſurus, idem.

Quòd ſi Catilina primo prælio ſuperior, aut æqua manu diſceßiſſet, Saluſt. de Catil.

Redigere in poteſtatem.

C. Marius Iugurtham redegit in ſuam poteſtatē, id.

Aliud exemplum habes apud Cicer. fam. epiſt. 257.

Redigere in ditionem.

Populi, quos ſubegimus, atque in ditionem noſtram redegimus, idem.

Alexander vrbe in ditionem redacta, Curtius.

Subiungere ſub ditionem.

Vrbes Achaiæ multas ſub ditionem Pop. Rom. ſubiunxit, Cicero.

Subiungere ſub imperium.

L. Mummius vrbes multas ſub imperium Pop. Rom. ſubiunxit, idem.

Subiungere ſub iuriſdictionem.

Sub veſtram iuriſdictionem orbem terrarum ſubiungeretis, idem.

Subigere.

Subigere.

Mihi viuendum eſt cum illis quos vici & ſubegi, id.

Subijcere.

Tot ſibi populis repentè ſubiectis, idem.

Subijcere pedibus.

Omnia quæ poſt tergum erant ſtrata, & pedibus ſubiecta memorabat; Curtius.

Imponere.

Non Perſis modò, ſed etiam omnibus gentibus impoſituros iugum, idem.

Mittere ſub iugum.

Legionibus noſtris ſub iugum miſſis, Cic. 3. Offic.

Superare.

Nam ſi cum alijs certet, longè omnes multumq́ superabit, Cicero.

Darium ab Alexandro eſſe ſuperatum, Fam. epiſt. 20.

Dextra vtrinq́ cornua vicêre, læua ſuperata, Liuius.

Fundere hoſtes.

Murena magnas hoſtium copias fudit, Cicero.

Fundere copias.

Memorare poſſum, quibus in locis Pop. Roman. maximas hoſtium copias parua manu fuderit, Saluſtius, de Catilin.

Opprimere.

Conficere atq; opprimere hoſtes, idem.

Proſternere.

Huius hoſtes proſtrauit, fudit, occidit, idem.

Expugnare.

Sapientis animus nunquam vincitur nec expugnatur, idem.

Victoriam conſequi.

Qui ex Reip. cauſa glorioſam victoriã cõſecutus eſt, id.

Victoriam

Victoriam adipiſci.

Qui victoriam adepti forent, Saluſt. de Cat.

Victoriam reportare.

Vt ab illo inſigni victoria, non victoriam reportarent, idem.

Concidere exercitum.

Exemplum eſt Epiſt. 211.

Erretten.

Entſchütten/erhalten/ſchützen/entſetzen/handhaben/verfechten/ beſchirmen/behüten/vertheydingen/bewahren/ob eim halten/beyſtehen/vertretten/retten/fürſtehen/bedencken/ ſchonen/ friſten/helffen/erlöſen/ für einen ſtreiten/nicht verlaſſen.

Errette den / dem Gewalt geſchicht/ von dem/ der jm vnrecht thut.

Der HERR beſchirmet die Frommen / behütet die Gerechten/ vnd ſtreittet für die Gottesförchtigen.

Defendere.

Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego, Cicero.

Defenſionem ſuſcipere.

Permanere in defenſione alicuius, idem.

Defenſare.

Aut arma capiebant, aut capientes alios ab hoſtibus defenſabant, Saluſt. de Iugurth.

Tueri.

Vt Brutus prouinciam tueatur, defendat, cuſtodiat, Cicero.

Tutari.

Metu regnum tutandum eſſet, Liuius.

Nihil

Nihil acerbi mihi erit, quod Rempublicam tutabitur, Cicero.

Tegere.

Libertatem, patriam, parentesq́ armis tegere, Saluſt. de Catilin.

Protegere.

Neuter dum hoſtem vulneraret, ſui protegendi corporis memor; Liuius.

Propulſare iniuriam.

Propulſare iniuriam ab aliquo, Cic. 1. Offic.

Vt vim atq; iniuriam propulſemus, Florent.

Ab iniuria prohibere.

Qui quaq; de cauſa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent; Cæſar.

Depugnare pro aliquo.

Cùm pro veſtris commodis aduerſus tàm crudeles ſuperboſq́ aduerſarios depugnant; Liuius.

Propugnare pro aliquo.

Fortitudo eſt virtus propugnans pro æquitate, Cicero.

Proq́ mea ſalute acerrimè propugnaret, id. familia. epiſt. 229.

Stare pro aliquo.

Si pro mea patria iſta virtus ſtaret, Liuius.

Stare ab aliquo.

Stare à mendacio contra verum, Cicero.

Conſeruare aliquem.

Ciues mei à me conſeruati, idem. Fam. epiſt. 9.

Seruare.

Ciues integros incolumesq́ ſeruare, idem.

Saluare.

Me poſſe iterum Rempublicam ſaluare, idem.

Liberare.

Liberare.

Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui, idem.

Recipere aliquem in tutum.

Concurſu ſuorum receptus in tutum eſt, Liui.

Cuſtodire.

Delecta iuuentus, quæ tuum corpus domumq́ue cuſtodit, Cicero.

Eripere.

Vrbem illam ex totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe, atq; ſeruatam, idem.

Explicare.

Siciliam vndiq; cinctam periculis, celeritate conſilij explicauit, idem, pro lege Manil.

Extrahere.

Vrbem Senatus atq; omnes boni me duce ex periculis maximis extraxiſſent, idem.

Iugum à ceruicibus alicuius deijcere.

Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant, idem.

Erretter.

Schützer / Schirmer / Helffer / Erlöſer / Vertretter / Beyſtandt / Hülffe / Troſt / Schildt / Wehre / Feſteburgk / Harniſch / Pantzer / Felß / Hort / Zuflucht / Vertrettung / Entſetzung / Bruſtwehre.

Der Nam deß HERRN iſt ein feſtes Schlöß.
Gott iſt mein Zuflucht / Harniſch vnd Schildt.

Defenſor.

Mutius paterni iuris defenſor, Cicero.

Cuſtos.

Defenſor cuſtosq́ue libertatis, idem.

Propugna-

Propugnator.

Mutius quaſi patrimonij propugnator, idem.

Propugnaculum.

Eſt in eadem Prouincia Gallia Narbo Martius, colonia noſtrorum ciuium, ſpecula Po. Ro. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus appoſitũ & obiectum, id. pro Font.

Liberator.

Romæ noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt, idem.

Tutor.

Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus, idem. de clar. Orat.

Itaq; appellantur tutores quaſi tuitores atq; defenſores, idem.

Tutela.

Quod quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, Florent.

Patronus.

Hic patronus, cuſtos, defenſor illius prouinciæ, Cicer.

Adiutor.

Author in conſilijs capiendis, adiutor in rebus agendis, idem.

Aduocatus.

Ei Pomponius aduocatus venit, idem.

Perfugium.

Perfugium & præſidium ſalutis Reipub. idem.

Refugium.

Nationum portus erat & refugium Senatus, idem.

Domus ſua cuiq; tutiſſimum refugium, Caius.

Profugium.

In altero miſeris profugium erat, Saluſt. de Cat.

Portus.

Portum potius nobis paratum & profugium putemus, Cicero.

Præſidium.

Ego tectus præſidio firmo amicorum, Catilinæ copias repreſſi, idem.

Arx.

Hic locus eſt igitur vnus quo perfugiant, hic portus, hæc arx, idem.

Ara.

Sicut ad aram confugit in huius domum, idem.

Ad aram confugiſti, Plautus.

Aſylum.

Quò minus è fano Dianæ ſeruum ſuum, qui in illud aſylum confugiſſet, adduceret, Cicero.

Spes.

Vnum perfugium, vna ſpes reliqua eſt, idem.

Erſcheinen.

Compariren/ ſich ſehen laſſen/ kommen/ gegenwertig ſeyn/ ſich ſtellen/ ſich erzeygen.

Da mich Leibes Schwachheit oder Herrn Gebott nicht verhindert/ wil ich zu dem angeſetzten Tag gutwilliglich bey dir erſcheinen vnnd ankommen.

Comparere.

Omnis ſuſpicio in eos ſeruos, qui non comparebant, commouebatur, Cicero.

Præſens adeſſe.

Aderat præſens Marcus Bibulus, idem.

Coràm adeſſe.

Quaſi coràm adſit, idem.

Præſentiam ſui facere.

Si ſæpè conuenti præſentiam ſui facere noluerint, Herm.

Facere

Facere ſui poteſtatem.

Poteſtatem autem ſui non facit, qui id agit, ne aduerſarius eius copiam ſui habeat, Vlpianus.

Copiam ſui facere.

Copiam ſui facere, & ad ſuſcipiendum iudicium paratum eſſe, idem.

Adeſſe.

Vellem in meo grauiſsimo caſu adſuiſſes, Ci. 4. Fam. epiſt. 6.

Præſtò eſſe.

Quibus quidem cauſis tu etiam præſtò fuiſti, idem.

Venire.

Ex quacunq; cauſa ad Prætorem vel alios in ius vocatus venire debet, idem.

Siſtere ſe.

Si quis in iudicio ſe ſiſti promiſit, & valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus, ſe ſiſtere non potuit, exceptione adiuuatur, Caius.

Erſchlagen.

Vmbbringen/ tödten/ ermörden/ erſchieſſen/ erſtechen/ erwürgen/ todtſchlagen/ entleiben/ erhauwen/ deß Lebens berauben/ deß Lebens entwältigen/ vom Leben zum Todt bringen/ die Seel ſuchen/ die Gurgel abſtechen/ enthäupten/ niderſchlagen/ erlegen/ auffreiben/ das Leben nemmen.

Wer einen Menſchen ermordet/ vnd fürſetzlich deß Lebens beraubet/ deß Blut ſol auch mit dem Schwerdt vergoſſen werden.

Necare.

Vt in ſordido adulterio necata dicatur, Liuius.

Solon nullum ſupplicium conſtituit in eum, qui parentem necauiſſet, Cicero.

Necem afferre.

Is confeſſus eſt, ſe Cn. Pompeio ſuis manibus necem afferre voluiſſe, Cicero.

Necem conſciſcere.

Iunius necem ſibiipſi conſciuit, idem.

Mortem offerre.

M. Craſſus eadem ſibi manu vitam exhauſit, qua mortem ſæpè obtulit hoſtibus, idem.

Qui mortem obtulerit parenti, idem. pro Roſc. Am.

Mortem afferre.

Inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret, idem. Fam. epiſt. 54.

Morti mittere.

Atq; ob ſutelas tuas te morti miſero, Plautus.

Vel, Ad mortem mittere.

Magna me ſpes tenet, benè mihi euenire, quòd mittar ad mortem, Cic. 1. Tuſc.

Mortem inferre.

Inferre mortem alicui per ſcelus, idem.

Mortem conſciſcere.

Themiſtocles veneno ſibi mortem conſciuit, idem.

Itaq; mortem vterq; ſibi conſciuit, id. de Amicit.

Mortem conſcire.

Qui mortis conſciendæ cauſa quid fecerit, Vlpianus.

Morti ſe dare.

Ibo ad medicum, atq; ibi me toxico ad mortem dabo, Plautus.

Cædere.

Horatius cæſo hoſte victor ſecundam pugnam petebat, Liuius.

Magnum

Magnum hoſtium numerum cecidimus, Cicero.

Cædem facere

Cædes indigniſſimæ maximaq́ factæ ſunt, idem.

Cùm cædem infinitam ciuium feciſſent, id.3.Cat.

Item Saluſtius de Cat. Cædem, incendia fieri, &c.

Occidere.

L. Virginius Virginiam filiam manu ſua occîdit, idem.

Concidere.

Magnam multitudinem fugientium conciderunt, Cæſar.

Aliud exemplum eſt epiſt. fam.211.

Præcidere gulam.

Et ſic ſerui, quem tonſor radebat, gula ſit præciſa, Vlpianus.

Exhaurire vitam.

M. Craſ. eadem ſibi manu vitam exhauſit, qua, &c. Cicero.

Vitam eripere.

Cum ferro vita eſt erepta, idem.

Quanquam tibi immaturo vita erepta eſt, Saluſtius, de bello Iugurth.

Vita deuoluere.

Vita deuoluam ſua, Plautus.

Vita priuare.

Qui ita vulneraſſent, vt confeſtim vita priuarent, Iulianus.

Qui nos omnes vita priuare conati ſunt, Cic.4. Cat.

Vitam adimere.

Si vitam ibi ſors ademiſſet, idem.

Vitam auferre, expellere vita.

Auferre vitam alicui, idem,

Illum vita explit, idem.

Anima priuare.

Anima priuabo virum, Plautus.

Animam extinguere.

Seni animam primùm extinguerem, Terent. Adelph. act. 3. ſc. 2.

Conficere.

Et alterum Curiatium conficit, Liuius.

Interficere.

Quòd eum toties per inſidias interficere voluiſtis, Cicero.

Ab ijs, qui miſſi à Tarquinio erant, interficitur, Liuius.

Interimere.

Lucretia ſeipſam interemit, Cicero.

Delere.

Multi deleti ſunt homines, idem.

Delere copias.

Copiasq́; omnes eius deleuit, id. Fam. epiſt. 208.

Extinguere.

Hic erat Fabius, qui vnus extinctæ ad Cremerā genti ſuperfuerat, Liuius.

Configere.

Hercules vt Euriſthei filios, ita ſuos configebat ſagittis, Cicero.

Transfigere.

Stricto gladio ſimul verbis increpans transfigit puellam, Liuius.

Confodere.

Quinq; hominibus comprehenſis atq; confoſſis, Rempub. liberaui, Cicero.

Ac de im-

Ac de improuiſo domi ſuæ imparatum confodere conſtituerunt, Saluſt. de Cat.

Iugulare.

Cum mortua iugulatum ſeruum nudum poſiturum ait, Liuius.

Strangulare.

Cæſaris hoſpitem comprehendit ac ſtrangulauit, Cicero.

Laqueo gulam frangere.

Quibus præceptum erat, laqueo gulam fregêre, Saluſt. de Catilin.

Trucidare.

Iacentemq́ꝫ dominæ ſeruum trucidatum oſtendit, Liuius.

Quos ferro trucidari oportebat, Cicero.

Obtruncare.

Puerum interea obtruncat, idem.

Mactare.

Clodius diuiſores omnium tribuum domi ſuæ crudeliſsima morte mactauit, idem.

Tollere de medio.

De medio tollere aliquem, id eſt, interficere, idem.

Exanimare.

Cadiuulcus ætate iam confectus, taxo ſe exanimauit, Cæſar.

Opprimere.

Si plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint, Vlpianus.

Rebus humanis ſe extrahere.

Malus enim ſeruus creditus eſt, qui aliquid faciat, quo magis ſe rebus humanis extrahat, Vlpian.

Erſchrecken.

Fürchten/entſetzen/verzagen/ blöd werden/erſchrt werdē/erzittern/kleinmütig ſeyn/in Furchten ſtehen/grauwen laſſen/ das Hertz iſt jhm entfallen/das Geblůt iſt jhm entſuncken/mich iſt ein Furcht ankommen.

Es ſind gar wenig ſo mannhafftig vnnd beherzt / daß ſie vor dem Todt ſich nicht fürchten noch entſetzen.

Horrere.

Horrere & reformidare dolorem, Cicero.

Cohorrere.

Quem vt agnoui, equidem cohorrui, idem.

Horror perſtringit.

Horror ingens ſpectantes perſtringit, Liuius.

Horreſcere.

Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt, Cicero.

Exhorreſcere.

Sed non poſſum non exhorreſcere, idem, familia. epiſtol. 196.

Perhorreſcere.

Non ſolùm commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco, idem.

Contremiſcere.

In principijs dicendi tota mente atq; omnibus artubus contremiſco, idem.

Tremere.

Totus, *Parmeno, tremo horreoq́;, poſtquam aſpexi hanc,* Terent. *Eunuch. 1. 2.*

Timere.

Nihil magis quàm perfidiam timemus, Cicer. *fam. epiſt. 5.*

Extime-

Extimeſcere.

Nihil eſt, quòd aduentum noſtrum extimeſcas, idem, Fam. epiſt. 178.

Nullam rem aliam extimeſcens, id. Fam. epiſt. 196.

Pertimeſcere.

Id verò non mediocriter pertimeſco, idem.

Timore affici.

Amici noſtri magno timore de nobis afficiuntur, id. Fam. epiſt. 215.

Percelli timore.

Tota ciuitas magno timore perculſa, idem.

Metu percelli.

Cæteri metu perculſi, Saluſt. de Catil.

Timore perterreri.

Tum ego contremui timore perterritus, idem.

Metu perterreri.

Reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos, Cicer. Fam. epiſt. 54.

Timor occupauit.

Tantus ſubitò timor omnem exercitum occupauit, Cæſar.

In timore eſſe.

Magno in timore eſt: magno timore ſum, Cicero.

Cuius rei tanto in timore fui, id. Fam. epiſt. 256.

Metuere.

Ab inimico periculum ſibi metuebat, idem.

In metu eſſe.

Patria tota in metu eſt, propter te vnum, idem.

Habere metum.

Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, idem, Fam. epiſt. 145.

Pauere.

Pauet animus apud concilium illud pro reo dicere, idem.

C

Terror inuaſit.

Non vnquam tantus terror Senatum inuaſit, Liui.

Obſtupefieri.

Obſtupefacti audacia Romanorum, idem.

Pauor inceſſit animum.

Primò terror pauorq́, deinde mœſtitia animos inceſsit, idem.

Quibus belli timor inſolitus inceſſerat, Saluſt. de Cat.

Et cum Accuſatiuo. Timor inceſsit patres, Liui. & id.

Magnus plebem metus inceſsit.

Metum inuadere aliquem.

Metus ingens inuaſit eum. Saluſt. de Iugurth.

Omnesq́ metus inuadit, idem, ibidem.

Formidare.

Illius iracundiam formidat, Cicero.

Exalbeſcere.

Equidem in me ipſo ſæpe experior, vt albeſcam in principio dicendi, idem.

Exanimari.

Exanimatus ſum tuis literis, idem, Fam. epiſt. 151.

Demittere ſe animo.

Conſolatus, cohortatusq́ eſt, ne ſe admodum animo demitterent, ne perturbarentur incommodo, Cæſar.

Animo deficere.

Fuit hæc oratio non ingrata Gallis, maximè quòd ipſe animo non defecerat, tanto accepto incommodo, idem.

Animo conſternari.

Et ſic ſunt animo conſternati, Cæſar.

Perturba-

Perturbari.

Nemo eſt tam fortis, qui non rei nouitate perturbetur, idem.

Erſtatten.

Erfüllen / ergäntzen / widerbringen / einbringen / vergleichen / verbeſſern.

Was ich biß anher verſeumpt hab / das wil ich hinfürter mit groſſem Fleiß einbringen vnd erfüllen.

Penſare.

Aduerſa ſecundis penſando, Liuius.

Compenſare.

Compenſaueratq́ʒ ea præda quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat, idem.

Exæquare.

Quod negotio diminutum fuerit, exæquabimus induſtria, Cicero.

Sarcire.

Vſuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam, idem, Famil. epiſt. 30.

Reſarcire.

In meis damnis ex authoritate Senatus reſarciendis, idem, Fam. epiſt. 9.

Explere.

His rebus celeriter, id quod Auarici deperierat, expletur, Cæſar.

Sanare.

Id tamen ſe celeriter maioribus commodis ſanaturum, idem.

Corrige-

Corrigere.

Si ego curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis, Cicero

Reconcinnare.

Diuturni laboris detrimentum ſolertia & virtute militum breui reconcinnatur, Cæſar.

Supplere.

Debebit ex natis gregem ſupplere, id eſt, in locum capitum defunctorum, Vlpian.

Submittere.

Vel inutilium alia ſubmittere, Pompon.

Euſſern.

Enthalten/ meiden/ abſcheuwens haben/ fliehen/ abthun/ entſchlagen/ verlaſſen/ von einem ding ſich ferrnen / darvon bleiben / eines dings müſsig gehen.

Fleuch die Bulerin/ daß du nicht in jre Strick falleſt.

Es iſt einem Mann ein Ehr/ von dem Hadder bleiben.

Fugere.

Omnes illum vt aliquam immanem beſtiam peſtémque fugiebant, Cicero.

Aſpernari.

Omnes illum aſpernabantur atq; abhorrebant, idem.

Abſtinere ſe.

Abſtinere ſe à nefario ſcelere, idem.

Abeſſe.

Abeſſe plurimùm à vitijs, idem.

Cauere.

Qui ab homine nefario non cauerit, idem.

Declina-

Declinare.

Vt bona naturâ appetimus, ſic à malis naturâ declinamus, idem.

Effugere.

Nuptias ego effugere iſtas malo quàm tu adipiſcier. Terentius, And. 2. 1.

Vitare.

Vitanda eſt ingenij oſtentationisq́; ſuſpicio, Cicero.

Euitare.

Euitandi ſunt continuati pedes, idem.

Deuitare.

Procellam temporis deuitauit, idem.

Diſiungere ſe.

Nam ab orationibus diſiungo me fermè, idem, Fam. epiſt. 10.

Abiungere ſe.

Demoſthenes ſe ab hoc dicendi genere abiunxit, id.

Erzehlen.

Außſprechen/ außreden/ außſagen.

Gottes Wunder kan niemandt außſprechen/ noch gnugſam erzehlen.

Enumerare.

Quis veſtra in me beneficia oratione enumerare aut conſequi poßit? Cicero, poſt reditum.

Commemorare.

Omnes enim cauſæ, quas commemoras, iuſtiſſimæ ſunt, idem.

Efferre.

Efferre ſententiam grauem inconditis verbis, idem.

Eloqui.

Præclarè eloqui cogitata mentis, idem.

Effari.

Effari.

Mihi ratio habenda eſt, vt ea dicam quæ honeſtè effari poſſim, Cicero.

Enarrare.

Nulla dicendi tanta vis eſt, quæ enarrare res tuas geſtas poſſit, idem.

Orando complecti.

Quis poſſet veſtra in me vniuerſa promerita non dicam complecti orando. ſed percenſere numerando, id.

Oratione exprimere.

Exprimere oratione mores alicuius, idem.

Oratione complecti.

Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti, idem.

Oratione conſequi.

Quis veſtra in me beneficia oratione conſequi poſſit? idem, poſt reditum.

Eſſen.

Zehren/ Speiß nemmen/ Malzeit halten/ dem Hunger ſtewren/ Collation halten/ anbeiſſen.

Wir ſollen eſſen/ daß wir leben/ vnd nicht leben/ daß wir eſſen.

Edere.

Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit, Cicero, de Amicitia.

Comedere.

Hodie te iſthic muſcæ comediſſent, idem.

Agere comeſſationes.

Comeſſationes, conuiuia Baijs acta, idem.

Eſcis frui.

Dij nec eſcis nec potionibus fruuntur, idem.

Capere

Capere cibum.

Si poſteaquam cibum cepiſti, Cicero.

Cibum vnà capias, Terent. Eunucho act. 2. ſc. 3.

Capeſcere cibum.

Animalia partim cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſcunt, Cicero.

Adhibere cibum.

Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur, idem, in Catone Maiore.

Vti cibo.

Epicurus vtebatur eo cibo, qui & ſuauiſſimus eſſet, & idem facilimus ad concoquendum, idem.

Cibo famem depellere.

Cùm cibo & potione fames ſitisq́; depulſa eſt, Cicer.

Epulari.

Cùm oppiparè epulati eſſemus hilarem in modum, idem.

Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè, idem, in Catone Maiore.

Obſonare.

Socratem ferunt reſpondiſſe, ſe quò melius cœnaret, obſonare ambulando famem, idem, 5. Tuſc.

Famem explere.

Nec illi ſe famem ſuam expleturos putauerunt, id.

Veſci.

Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, vt inuentis frugibus, glande veſcantur? idem.

Prandere.

Sed prandimus in arcano, idem.

Cœnare.

Ego eo die caſu apud Pompeium cœnabam, idem, Famil. epiſt. 2.

Exempel

Exempel nemmen von andern.

Lehrnen/darauß ſpiegeln/fürbilden/fürſtellen/ für die Augen ſtellen/ Exempel/ Warnung vnnd Beyſpiel ſeyn laſſen.

Du ſolt von andern ein Exempel nemmen/vnd lehrnen was dir nützlich vnd gut ſey.

Capere documentum.

Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, Cicero.

Capere exemplum.

Atq; harum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis, idem, de Amicitia.

Petere exemplum.

Nec verò ab his iuſtitiæ, tanquam à ſapientibus, petitur exemplum, idem, 3. Officio.

Proponere ſibi exemplar.

Ad imitandum mihi propoſitum exemplar illud eſt, idem.

Quorum mihi exempla propono, idem, Fam. epiſt. 48.

Sumere exemplum.

Iubeo ex alijs ſumere exemplum ſibi, Ter. Adelp. 3. 3.

Sic Cice. de Amicitia. Ex hoc numero nobis exempla ſumenda ſunt.

Aliorum vitas inſpicere.

Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnium iubeo, idem.

Proponere ſibi aliquem.

Cùm huius vobis adoleſcentiam propoſueritis, Cic.

Conſtituere ante oculos.

Conſtituite vobis ante oculos huius miſeri ſenectutẽ, idem.

Ante oculos proponere.

Et vitam illius ante oculos veſtros proponite, Cicero. Hoc idem ante oculos tibi proponas, idem, Familiar. epiſt. 47.

Proponere ſibi iamginem alicuius.

Memoriam & imaginem patris tui tibi proponas, idem.

Periculum ex alijs facere.

Scitum eſt periculum ex alijs facere tibi quod ex vſu ſiet, Terent. in Heaut. act. 1. ſc. 2. & 2. 1.

Fahen.

Greiffen/einziehen/in Hafft legen/binden/gefänglich annemmen/ Feſſel anlegen/ ins Gefängniß ſetzen/ in die Eiſen ſchlagen/ in Thurn werffen/in Stock legen/ ſtöcken/ anſchmiden/an Ketten ſchlieſſen/ in der Cuſtodien verwaren.

Der Keyſer Julius hat den Lentulum in ewige Gefängniß gelegt.

Conijcere in carcerem.

Vectius in carcerem coniectus eſt, Cicero.

Mittere in carcerem.

Cùm filium eius impuberem miſſum in carcerem necandum eſſe dixit, idem, 4. Catilinaria.

Contrudere, ducere, condere in carcerem, idem.

Compingere in carcerem.

Si tres viri me in carcerem compegerint, Plautus.

Recipere in carcerem.

Vtrùm in carcerem recipienda ſit perſona, Vlpianus.

Abripere in vincula.

Quem in vincula abripi iuſſit, Cicero.

Mandare vinculis.

Cæſar non dubitauit P. Lentulum æternis tenebris vinculisq́ mandare, Cic. 4. Catilinaria.

Conijcere in vincula.

Cum hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus eſt, idem.

Ex eo numero complures Q. Metellus celer in vincula coniecerat, Saluſt. de Cat.

Inijcere vincula.

Inijcere vincula alicui, corpora vinculis conſtricta, idem.

Concludere in vincula.

Concludo in vincula beſtiam nequiſſimam, Paulus.

Ducere in vincula.

Et in vincula publica duci iuberent, Pompon.

Vinculis coërcere.

Diligentius cuſtodiendus erit, ut etiam vinculo coercendus, Mac.

Dare in cuſtodiam.

Dare aliquem in cuſtodiam, idem, 1. Catilin.

Quòd tute ipſe in cuſtodiam dediſti, 1. Catilinaria, & 4.

Includere in cuſtodiam.

Includere aliquem in cuſtodiam, idem.

Tradere in cuſtodiam.

Cenſuerunt, vt P. Lentulus in cuſtodiam traderetur, idem.

Recipere in cuſtodiam.

Qui ſine accuſatorib. in cuſtodiam recepti ſunt, quæſtio de eis habenda non eſt, Paulus.

Conſtringere cuſtodijs.

Vinciatur & conſtringatur amicorum cuſtodijs, Ci.

Includo-

Includere.

Conſule in carcere incluſo, idem.

Vincire catenis.

Homines captiuos qui catenis vinciunt, Plautus.

Conijcere in catenas.

Conantes dicere prohibuit, & in catenas coniecit. Cæſar.

Inijcere catenas.

Iſte hominibus innocentibus inijci catenas iubet. Cicero.

Includere latumijs.

Nam etiam incluſos, veluti latumijs, vinctorum numero haberi placet, Calliſtr.

Indere compedes.

Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes, Plautus.

Faul.

Langſam / verdroſſen / ſchläferig / träg / vnbehend / nachläſsig / laſſz / hinläſsig / vnfleiſsig.

Ein fauler / ſchläferiger / träger Mann wirdt arm / der fleiſsige aber wirdt reich.

Iners.

Inertiſſimum & deſidioſiſſimum ocium, Cicero.

Deſidioſus.

Vt cùm deſidioſam artem dicimus, quia deſidioſos facit, idem.

Deſidiæ plenus.

Homo deſidiæ ac luxuriæ plenus, idem.

Ignauus.

Pœna ignauis ab Imperatoribus conſtituitur, idem.

Diſſolutus.

Diſſolutus in re familiari ac negligens, idem.

Negligens.

Improuidi & negligentes Duces, Cicero.

Oſcitans, dormitans.

Illa oſcitans & dormitans ſapientia, idem.

Somniculoſus.

Et is ex diuerſo deſidioſus, ſomniculoſus, piger, tardus, comeſſor inueniatur, Caius.

Otioſus.

Cur non rebus humanis aliquos otioſos Deus præfecit? Cicero.

Otio diffluens.

Græci diffluentes otio, idem.

Piger.

Ad literas ſcribendas pigerrimus, idem.

Socors.

Homines non ſocordes, idem.

Segnis.

Non ſegniores poſthac ad imperandum cæteri ſunt, idem.

Tardus.

Vt tardam & languidam pecudem, idem.

Fugiens laboris.

Nemo erat adeò tardus & fugiens laboris, Cæſar.

Languido animo.

Neq; eo tam remiſſo & languido animo quiſq; omnium fuit, idem.

Animo remiſſus.

Noſtris languentibus atq; animo remiſſis, idem.

Indiligens, inſtrenuus.

Nequam homo, indiligensq;, inſtrenuus, Plaut.

Reſupinus.

Qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, Paulus.

Deſidia

Deſidiæ deditus.

Vel aliàs ſimplicitate gaudens & deſidiæ deditus, idem.

Faulheit.

Langſamkeit / Trågheit / Müſsiggang / Vnfleiſs / Hinlåſsigkeit.

Die in Faulheit vnnd Müſsiggang jhr Leben zubringen / die fallen in allerhandt Laſter vnnd Sünde.

Deſidia, inertia.

Qui propter deſidiam in otio viuunt, tamen in turpi inertia capiunt voluptatem, Cicero.

Ignauia.

Fortitudini contraria eſt ignauia, idem.

Vbi ſocordiæ te atq; ignauiæ tradideris, Saluſtius, de Catilin.

Languor.

Cauendum eſt ſenectuti, ne languori deſidiæq; ſeſe dedat, Cicer. 1. Offic.

Otium.

Inertiſsimum & deſidioſiſsimum otium, idem.

Pigritia.

Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu ſcribam, idem.

Segnities.

Caſtigemus etiam ſegnitiem hominum & inertiam, idem.

Socordia.

Philoſophia vitanda eſt, adfert enim ſocordiam atq; deſidiam, idem.

Nihil loci eſt ſegnitiæ neq; ſocordiæ, Ter. And. a. 1. ſc. 3.

Mollitia.

Sed inertia & mollitia animi, alius alium expectantes, cunctamini, Salluſt. de Catil.

Negligentia.

Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum, Cicero.

Indiligentia.

Literarum miſſarum indiligentiam reprehendi, id.

Incuria.

Vituperanda eſt rei tam maximè neceſſariæ tanta incuria, idem.

Feind.

Widerwertiger/Unfreund/Widerſacher/Haſſer/Gegentheil/Widertheil/Gegenpart/Widerpart/Mißgönner.

Ein rechter Chriſt ſol auch ſeinen Feinden vnd Widerwertigen guts thun.

Hoſtis.

Verres communis hoſtis omnium, Cicero.

Aduerſarius.

Theodoſius Hermachi acerrimus aduerſarius, idem.

Ne in poteſtate calumnioſa aduerſarij mei ſit, Caius.

Obtrectator.

Aduerſarius & obtrectator laudum mearum, Cicero.

Calumniator.

Calumniatoribus pœna L. Rhemnia irrogatur, Martianus.

Diuerſa pars.

Præuaricator, eſt quaſi varicator: qui diuerſam partem adiuuat, Vlpianus.

Aduerſa

Aduerſa pars.

Qui præuaricatur, ex vtraq; parte conſiſtit: quinimò ex aduerſa, idem.

Inimicus.

M. Cato Galbæ grauis & acer inimicus, Cicero.

Iniquus.

Scio me à te contra iniquos meos ſolere defendi, idem.

Scripturam ſuam ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem, Teren. in prolog. Adelph.

Maleuolus.

Nam quid rumores diſtulerunt maleuoli, idem.

Fein.

Hüpſch/ſeuberlich/glatt/ſchön/zierlich/reynglich/wolgeſtalt/wolgeziert/höflich.

Der groſſe Alexander hat ſich gegen die ſchönen Königin vnnd Jungfrauwen deß Darij ſo züchtig gehalten / als weren ſie ſeine leibliche Schweſtern.

Formoſus.

Zeuſis quæſiuit ab eis, quáſnam virgines formoſas haberent, Cicero.

Forma egregia.

Puer egregia forma, idem.

Mulier quædam egregia forma atque ætate integra, Terent. And. act. 1. ſc. 1.

Forma luculenta.

Et quidem herculè forma luculenta, idem.

Forma ſumma.

Summa forma ſemper conſeruã domi videbit, idem, Eunuch.

Forma inſignis.

Forma erat inſignis & florentiſſima ætas, Liuius.

Formæ excellentis.

Virgines & reginas excellentis formæ, tam ſanctè habuit, quàm ſi eodem, quo ipſe parente, genitæ forent, Curtius.

Forma bona.

Vnam aſpicio adoleſcentulam forma bona, Terent. And. act. 1. ſc. 1.

Forma honeſta & liberali.

Et quia erat forma præter cæteras honeſta & liberali, id. And. act. 1. ſc. 1.

Forma eximia.

Occœpi amare forma eximia mulierem, Plaut.

Facie eximia.

Erat Nice facie eximia, vt prædicatur, vxor Cleomenis, Cicero.

Facie egregia.

Ei viſum eſſe in quiete egregia facie iuuenem dicere, idem, 1. de diuinat.

Facie liberali.

Quàm liberali facie, quàm ætate integra, Terentius, Eunuch. act. 3. ſc. 2.

Facie pulchra.

O faciem pulchram, deleo omnes dehinc ex animo mulieres, idem, Eunuch. act. 2. ſc. 3.

Facie honeſta.

Papæ facie honeſta, idem, Eunuch. act. 2. ſc. 1.

Facies præclara.

Præclara facies, magnæ diuitiæ breui dilabuntur, Saluſtius, de Iugurth.

Facie de-

Facie decora.

Pollens viribus, decora facie, idem, de Iugurth.

Facie concinna.

Sed ædepol concinna facie, Plautus.

Facie ſcitula.

Quæ ſunt facie? Se. ſcitula, idem.

Specie ſingulari.

Bogoas ſpecie ſingulari Spado, Curtius.

Specie eximia.

Quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt, idem.

Vultu venuſto.

Et vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprà, Terentius, And. act. 1. ſc. 1.

Figura oris noua.

Noua figura oris, color verus, corpus ſolidum & ſucci plenum, idem, Eunuch. act. 2. ſc. 3.

Pulcher.

O puerum pulchrum Pericle, Cicero.

Eximia pulchritudine.

Fœmina eximia pulchritudine, idem.

Eximiamq́; pulchritudinem formæ eius, Curtius.

Bellus.

Puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dicas, Cicero.

Bellulus.

Aedepol equidem bellula eſt, Plautus.

Scitus.

Per Ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo, Terent.

Lectus.

Et tu vxorem lectiſſimam habere vis, Cicero.

Luculentus.

Luculenta atque feſtiua fœmina, Plautus.

Lepidus.

Lepida atque liberali forma eſt, idem.

Nitidus.

Nimiúq; nitida fœmina, Plautus.

Elegans.

Vir mundus & elegans, Cicero.

Venuſtus.

Græcus facilis & valdè venuſtus, idem.

Venuſtate affluens.

Homo affluens omni lepôre & venuſtate, idem.

Fleiß.

Mühe/Sorgfeltigkeit/Arbeyt/Vnruh/Embſigkeit/Mühſeligkeit/Sorg/Ernſt.

Die Erfahrung guter Künſte erfordert groſſen Fleiß vnd Arbeyt.

Diligentia.

Hæc acrem curam diligentiamq; deſiderant, Cicero.

Cura.

Quod ipſe magna cum cura atq; diligentia ſcripſit, idem.

Aſſiduitas.

Terentiæ pergrata eſt aſſiduitas tua & diligentia, idem.

Sedulitas.

Cornelij operam & ſedulitatem laudare poſſum, id. Fam. epiſt. 146.

Solicitudo.

Quibus præcipua cura rerum incumbit, & quò magis quàm cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi magiſtri appellantur, Paul.

Induſtria.

Mihi in labore perferendo induſtria non deerit, Cic.

Opera.

Is fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe, idem.

Labor.

Labor.

Eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus, idem.

Studium.

Qui omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent, idem.

Vigiliæ.

Cui non auditæ Demoſthenis vigiliæ, idem.

Vigilantia.

Vt tutam pacem traheretis, mea perfeci vigilantia, idem.

Fleiſsig.

Arbeytſam/vnverdroſſen/willig/wacker/ſorgfeltig/treibend/hurtig/dienſthafftig/geſchäfftig/wachend/ embſig / endlich / zur Arbeyt geneygt/behend/vnmüſsig.

Ein fleiſsiger ſorgfeltiger Mann wirdt reich/der faule muß darben.

Diligens.

Pompeius iuſtus vir, atque omnis officij diligentiſsimus, Cicero.

Aſsiduus.

Bonus aſsiduus dominus, idem.

Attentus.

Paterfamiliâs prudens & attentus, idem.

Intentus.

Intentus perficiendo templo, Liuius.

Acer.

Cæſar acer in rebus gerendis, Cicero.

Sedulus.

Eloquentes videbare, non ſedulos velle conquirere, idem.

Nanus.

Nauus.

Nauus & prudens, & probus filius, Cicero.

Induſtrius.

In rebus gerendis vir acer & induſtrius, idem.

Impiger.

Lucumo vir impiger & diuitijs potens, Liuius.

Officioſus.

Nec diligentiorem nec officioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio, Cicero.

Studioſus.

Homo & acutus vt Pœnus, & valdè ſtudioſus, idem.

Strenuus.

Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum, idem.

Vigilans.

Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, Scæuola.

Vigilans, ſobrius, induſtrius vir, Cicero.

Promptus.

Virum quidem egregium ducebant, ſed promptiorem, acrioremq́ꝫ, quàm tempora belli poſtularent, Liui.

Laborioſus, vigilax.

Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem affirmauerit, Caius.

Fliehen.

Entrinnen/ außreiſſen/ die Flucht nemen/ ſich in die Flucht geben/ entweichen/ zurück weichen/ hinderſich ziehen/ flüchtig werden/ Ferſengelt geben/ nicht ſtehen/ die Füß anſprechen/ das Haſenpanier auffrücken.

Es iſt einem Kriegßman rhümlicher/ mit Ehren auff der Wahlſtatt ſterben/ dann mit Schanden ſich in die Flucht geben.

Fugere

Fugere.

Vt quem ſuorum fugientem viderint, pro hoſte habeant, Liuius.

Effugere.

Rex è manibus effugit, Cicero.

Profugere.

Ex Ponto Medea quondam profugiſſe dicitur, idem.

In fugam ſe dare.

Dant ſeſe in fugam milites, idem.

In fugam ſe effundere.

Tamen vincente verecundiam metu, in fugam ſeſe omnes effuderunt, Liuius.

Paßim, quà cuique proximum fuit, in fugam effunduntur, idem.

In fugam ſe conferre.

Omnes eodem tempore ſe in fugam conferunt, Cic.

In fugam ſe conijcere.

Lacinius in fugam ſe coniecit, idem.

In fugam conuerti.

Sed tamen in fugam nemo conuertitur, nec loco recedit, Paulus.

In fugam ſe penetrare.

Perduelles penetrant ſe in fugam, idem.

Fugæ ſe dare.

Dare ſe incertæ & laborioſæ fugæ, Cicero.

Fugam petere.

Ac rurſus aliam in partem fugam petebant, Cæſar.

Fugam capeſſere.

Ergo vt ſegregaret pugnam illorum, capeßit fugam, Liuius.

Omnes effuſis habenis capeſſunt fugam, Curtius.

Fugæ

Fugæ ſe mandare.

Reliqui ſeſe fugæ mandârunt, Cæſar.

Fugam capere.

Quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impediret, Cæſar.

Fugam intendere.

Nec eodem omnes fugam intenderant, Curt.

Dare ſe in pedes.

Méne vis ipſe dem in pedes? Plautus.

Conijcere ſe in pedes.

Atque hinc me protinus conijcerem in pedes, Terentius.

Petere auxilium à pedibus.

Nec decere, quem manus armauerit, inermibus pedibus auxilium petere, Saluſt. de Iugurth.

Referre pedem.

Ac paulùm modò pedem retulerunt, Cæſar.

Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis, Liui.

Cornu ſiniſterius & cohors prætoria pedem referre cœperunt, Cicero, Fam. epiſt. 208.

Dare terga.

Qui plures ſimul terga dederant, Liuius.

Vertere terga.

Fidenates terga vertunt, idem.

Cedere.

Hoſtes cedentes ab oppido Caſſius inſecutus eſt, Cic.

Retrocedere.

Tarquinius retro in agmen ſuorum infenſo ceſſit hoſti, Liuius.

Cedere loco, gradum referre.

Gradum retulêre, ceſſiſſentq; loco, ni cōſul alter rem inclinatam ſuſtinuiſſet, idem.

Quàm

Quàm qui pulſi, loco cedere auſi erant, Saluſtius, de Catilin.

Demigrare loco.

Animam amittunt, priuſquam loco demigrent, Plautus.

Facere fugam.

Numidæ fugam faciunt, Saluſt. de Iugurth.

Fluchen.

Böſe Wort geben/ Vnglück wündſchen.
Wer viel flucht/ der ſündiget viel.

Malè precari.

Vt omnes execrarentur, malè precarentur, Cicero.

Malè loqui.

Mitte malè loqui, Terentius.

Etiam ſcelus malè loquere, Plautus.

Malum optare.

Nihil eſt enim ma[illegible], nihil ſceleris, quod non illa filio voluerit, optârit, Cicero.

Peſtem exoptare.

Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur, idem.

Infauſtas voces iactare.

Et infauſtas voces aduerſus eum iactauerit, Vlpian.

Execrari.

Quod tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, Cicero.

Foll.

Truncken/ weinicht/ mit dem Trunck vberladen/ Säuffer/ Schlemmer/ Praſſer/ Tunckenboltz/ Weinſchlauch/ wol bezecht/ Vollerzapff/ Schwelger.

Die Trun-

Die Trunckenen oder vollen Leut werden das Himmelreich nicht eróbern.

Ebrius.

Seruos Milonis apud ſe ebrios factos dicit, Cicer. *pro Milone*.

Ebrioſus.

Stilponem ferunt mulieroſum & ebrioſum fuiſſe, id.

Vinolentus.

Quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur, id.

Vino onuſtus.

Nunc onuſti cibo & vino perturbata & confuſa cernimus, idem.

Vini plenus.

Procedit in publicum vini plenus, idem.

Bene potus.

Domum bene potus ſeroq; redieram, idem, lib. 7. Famil. epiſt. 23.

Probè appotus.

Credo equidem dormire Solem atq; appotum probè, *Plautus*.

Mero grauis.

Graues mero ſuas vires inciperent extollere, Curt.

Mero oneratus.

Ebrio ſcorto vnus & alter & ipſi mero onerati aſſentiunt, idem.

Temulentus.

Sanè pol illa temulenta eſt mulier & temeraria, Terentius.

Fordern.

Beſchreiben/ fúrgebieten/ laden/ heiſſen/ citiren/ fúrbeſcheyden/ fúrheiſſen/ vociren/ beruffen/ betagen/ erfordern.

Die Rô-

Die Römer haben etliche vom Pflug zum Bürgermeiſteramptberuffen vnd erfordert.

Citare.

Patres in curiam per Prætorem ad regem Tarquinium citari iuſſit, Liuius.

Vocare.

Qua tu audacia me viuo vocare auſus es patres? id.

In ius vocare, eſt iuris experiundi cauſa vocare, Paulus.

Aduocare.

Potentes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt, Cicero.

Excire.

Ea res ab ſtatiuis exciuit Metium, Liuius.

Accire.

Hic igitur ſi accierit, accurram, Cicero.

Accerſire.

Artes quas cùm domi haurire non poſſes, accerſiuiſti ex vrbe Athenarum, idem.

Accerſere.

Cùm de aratro accerſebantur, qui Conſules fierent, idem.

Aſciſcere.

Sacra iſta aſcita ex Phrygia ſunt, idem.

Fragen.

Forſchen/ erkündigen/ an einem hören/ befragen/ erlehrnen/ nachfragen.

Die Jüden fragten Jheſum/ ob es recht were/ daß man dem Keyſer Zinß gebe oder nicht.

Rogare.

Reſpondete ad ea, quæ te ipſe rogâro, Cicero.

Interrogare.

Sic ego te viciſsim eiſdem de rebus interrogabo, idem.

Percontari.

Quærentibus & quaſi percontantibus, lentè reſpondere, idem.

Percontationem facere.

Et ex captiuis percontatio facta, Liuius.

Quærere.

Ipſe ex eo multa ſæpe quæſiui, Cicero.

Quæſtionem habere.

Quæſtiones in Senatu habitæ, idem.

Requirere.

De Varrone non ſine cauſa, quod tibi placeat, tam diligenter exquiro, idem.

Perquirere.

Poſſum etiam illa ab accuſatore perquirere, idem.

Scitari.

Sentiebam non te id ſcitari, idem.

Sciſcitari.

Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam, idem.

Scrutari.

Scrutatus ſum quæ potui, & quæſiui omnia, idem.

Freyheit.

Gnade/Gunſt/Vacantz/Ruhe/Indult.

Die Philoſophi haben im Rechten die Freyheit vnd Gnade/daß ſie nicht mögen zu Vormündern gewehlet werden.

Réquies.

Grammatici, Rhetores, Medici à tutela & à cura requiem habent, Modeſtinus.

Vacatio

Vacatio.

Eſt autem & numerus Rhetorum, qui vacationem munerum habent, idem.

Immunitas.

In Epiſtola Antonij Pij manifeſtatur, & Philoſophos habere immunitatem tutelarum, idem.

Remiſſio.

Non ſolùm autem filij remißionem tutelæ tribuunt & filiæ, ſed etiam nepotes, idem.

Priuilegium.

Niſi nominatim id ei priuilegium indultum ſit, id.

Beneficium.

Poſt impetratum beneficium denuò idem tutor dari poterit, Triph.

Freude.

Luſt/Wonne/Frolocken/ Kurtzweil/ Lachen/ Frölichkeit.

Die Furcht deß HERRN gibt Freude vnd Wonne ewiglich.

Nach der Freud kompt Leyd/nach dem Lachen Trawren.

Gaudium.

Quod putaui fore gaudium, id extitit exitium, Cic.

Delectatio.

Fabulæ delectationis habent multum, idem.

Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. id. Fam. epiſt. 69.

Oblectatio.

Artes in quibus non vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, idem.

Oblectamentum.

Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis, idem.

Lætitia.

Hilaritatis plenum indicium ac lætitiæ fuit, idem.

Voluptas.

Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, idem.

Hilaritas.

Hilaritatem etiam illam, qua hanc temporum triſtitiam condiebamus, in perpetuum amiſi, idem.

Iucunditas.

Relaxare animum, & dare ſe iucunditati, idem, 1. Officiorum.

Freundt.

Günner/Lieber/Geſell/ Nachbar/ Günſtiger/ Beſonder.

Einen alten Freundt ſolt du nicht verlaſſen.

Guten Freunden iſt alles gemein.

Amicus.

Amicus ſummus meus popularis Geta, Terent.

Perneceſſarius.

Amicus & perneceſſarius meus, Cicero.

Neceſſarius.

Cùm vtriq; ſis maximè neceſſarius.

Beneuolus.

Deiotarus vnus in toto orbe terrarum ex animo amicus vereq; beneuolus Pop. Roman. Cicero, pro Rege Deiotaro.

Intimus.

Antonius intimus erat Clodio, idem.

In intimis

In intimis.

Itaq; in intimis eſt meus, cùm antea notus non fuiſſet, idem.

Ex domeſticis.

Valerius eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiaribus, idem, Fam. epiſt. 30.

Coniunctus.

Homo familiariſsimus & mihi omnibus rebus coniunctus, idem.

Familiaris.

Torquatus meus familiaris & neceſſarius, idem.

Proximus.

Cùm hæc omnia tuis proximis plana fecero, idem.

Sodalis.

Ego qui et ſodalis & familiariſsimus Dolabellæ eram, idem.

Cum quo amicitia eſt.

Nam mihi cum ambobus amicitia eſt, idem.

Nam & mihi amicitia peruetus cum eo eſt, Cice. Fa. epiſt. 289.

Cum quo neceſſitudo intercedit.

Veteres mihi neceſsitudines cum his omnibus intercedunt, id. Fam. epiſt. 133.

Familiaritate coniunctus.

Cum boni viri moribus ſimiles, ſunt familiaritate coniuncti, idem.

Cum quo vſus eſt.

Cùm mihi ſummus tecum vſus eſſet, idem.

Quo cum mihi magnus eſt vſus, id. Fam. epiſt. 131.

Conſuetudine coniunctus.

Multa conſuetudine coniunctus eſt, idem.

Neceſſitudine coniunctus.

Lucius magna mecum neceſſitudine coniunctus eſt, idem, Fam.epiſt.298.

Beneuolentia coniunctus.

Homines beneuolentia coniuncti, idem.

Freundtſchafft machen.

Freundtſchafft halten / ſich zu einem geſellen/ in Freundtſchafft einlaſſen/ befreunden/zu einem ſich wenden/ kehren / halten/ viel Freundtſchafft mit einem haben / in Kundtſchafft vnd Gemeinſchafft mit einem ſich begeben/einen zum Freund machen/Gunſt ſchöpffen.

Sihe dich wol für/ mit wem du Freundſchafft vnd Kundtſchafft macheſt/vñ zu welchem du dich geſelleſt/dann wie die jenigen ſind/damit du täglich vmbgeheſt/alſo wirſt du auch.

Amicitiam conciliare cum aliquo.

Quo cum mihi amicitiam Reſpublica conciliauit, Cicero.

Virtus conciliat amicitias & conſeruat, idem, de Amicitia.

Conferre ſe ad amicitiam alicuius.

Craſſus initio ætatis ad meam amicitiam ſe contulit, idem.

Ad amicitiam ſe meam contulit, idem. Famil.epiſtol. 242. & 282.

In amicitiam ſe alicuius conferre.

Cùm te in amicitiam meam contuliſſes, idem, Fam. epiſt. 117.

Amicitiam

Amicitiam coniungere.

Similitudo morum multum valet ad cõiungendas amicitias, idem, de Amicitia.

Amicitias parare.

Magiśq; dandis, quàm accipiendis beneficijs amicitias parabant, Saluſt. de Cat.

Copulare voluntates.

Collegijq; coniunctio non mediocre vinculum attuliſſe mihi videtur ad voluntates noſtras copulandas, Cicer. Fam. epiſt.33.

Conſuetudines iungere.

Deiotarus cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiasq; iungebat, idem, pro Rege Deiotaro.

Amicitiam conglutinare.

Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis.

Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, Cic. de Am.

Amicitiam conſtituere.

Conſtituere amicitiam cum aliquo, idem.

Inſtituere amicitiam cum aliquo.

Amicitia mihi cum eo eſt, vt primum in forum veni, inſtituta, Cic. Fam. epiſt.289.

Amicos ſibi iungere.

Vnaq; nos ſibi opera amicos iungit, Terent.

Amicos parere.

Obſequium amicos, veritas odium parit, idem, And. act. 1. ſc.1.

Amicos parare.

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo, idem, Eunuch. act. 1. ſc.2.

Amicos facere.

Illud enim honeſtum nos mouet, atq; illi in quo eſt, amicos facit, Cicero.

Beneuolentiam conciliare.

Hæc omnia valdè beneuolentiam conciliant, Cic.

Ad beneuolentiam iſtorum conciliandam, idem, Famil. epiſt. 168.

Beneuolentiam contrahere.

A perſona noſtra beneuolentiam contrahemus, id.

Beneuolentiam colligere.

Beneuolentiam ciuium blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt, idem.

Ad iſtorũ beneuolentiam colligendam, id. Fa. epi. 168.

Conciliare amorem.

Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defenſio charitatem, idem.

Conciliare coniunctionem.

Quàm nouam coniunctionem conciliâſſem, Cicero, Fam. epiſt. 39.

Conſuetudinem iungere.

Iungere conſuetudinem & familiaritatem cum aliquo, idem.

Conſuetudinem conſtituere cum aliquo.

Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra antè aliquantò, quàm tu natus es, idem, Fam. epiſt. 181.

Conſtituere familiaritatem.

Familiaritatem cùm ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam, id. Fam. epiſt. 181.

In conſuetudinem ſe dare.

Is dedit ſe in conſuetudinem ſic, vt prorſus vnà viueret, Cicero.

In conſuetudinem ſe immergere.

Is ſe blanditijs & aſſentationibus in illius conſuetudinem penitus immerſit, idem.

Venire

Venire in familiaritatem.

Venire in familiaritatem alicuius, idem, Familiar. epiſt.115.

In familiaritatem alicuius intrare.

Qui in tuam familiaritatem penitus intrauit, id.

Dare ſe in familiaritatem.

Is benè penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit, idem.

Applicare ſe ad familiaritatem.

Is ſeſe ad Staleni familiaritatem applicauit, idem.

Inſinuare ſe in familiaritatem.

Inſinuare ſe in familiaritatem alicuius, idem.

Inſinuare ſe in conſuetudinem alicuius.

Exemplum eſt in Cicer. epiſt. 55. fam.

Conflare familiaritatem.

Ex malo principio magna familiaritas conflata eſt, Terent. Eunuch. act. 5. ſc. 2.

Amicitiam ſibi adiungere.

Qui ſolet infimorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere, Cicer. Fam. epiſt. 138.

Amicitiam contrahere.

Cùm autem virtus contrahat amicitiam, idem, de Amicitia.

Voluntates conglutinare.

Vitæ diſſimilitudo non eſt paſſa voluntates noſtras conſuetudine conglutinari, id. Fam. epiſt. 241.

Amicitiam comparare.

Adiuuant aliquantum ad amicitias comparandas, idem, 2. Offic.

Amicitiam gignere.

Sed hæc ipſa virtus amicitiam gignit, idem, de Amicitia.

Amicitiam parere.

Cum his enim amicitiam natura peperit, ibid.

Freundtſchafft.

Gunſt/Liebe/Gemeinſchafft/Geſellſchafft.

Die Menſchẽ ſind durch die Natur zu Freundſchafft / Liebe vnd Geſellſchafft zuſammen verbunden.

Amicitia.

Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt, Cicero, *in Lælio.*

Charitas.

Hominum charitas & amicitia gratuita eſſe debet, idem.

Amor.

Amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam conciliandam, id. de Amicitia.

Beneuolentia.

Beneuolentia beneficiis capitur maximè, idem.

Societas.

Ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos & vitæ quaſi communitas continetur, Cicero.

Communitas

Naturâ inter nos ad ciuilem communitatem coniuncti & conſociati ſumus, idem.

Coniunctio.

Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, idem.

Familiaritas.

Nihil eſt familiaritate noſtra coniunctius, idem.

Neceſſitudo.

Cum familia Titurina neceſſitudo mihi intercedit vetus, idem.

Cum

Cum municipibus Volaterranis mihi ſumma neceſſitudo eſt, Cicer. Fam. epiſt. 275.

Vſus.

Eſt mihi cum eo domeſticus vſus, idem.

Conſuetudo.

Multa & iucunda conſuetudine coniuncti inter nos ſumus, idem.

Nodus amicitiæ.

Amabiliſſimus nodus amicitiæ, idem.

Vinculum amoris.

Et ſunt amoris arctiſſima tecum vincula, idem.

Freundtlich.

Gütig/ ſittig/ Leuthſelig/ geſprech/ holdtſelig/ ſanfftmütig/ ſtill/ lieblich/ mildt.

Mit Sitten vnd Geberden ſey freundtlich/ mit Worten holdtſelig vnd geſprech.

Amans.

Me leniſſimis & amantiſſimis verbis vtens, vt grauiter accuſas, Cicero.

Lenis.

Lenis à te & facilis exiſtimari debeo, idem.

Comis.

Vir bonus, comis & humanus, idem.

Mitis.

Erat Dario mite ac tractabile ingenium, Curt.

Romani in hoſtes leniſſimi & mitiſſimi, Cicero.

Benignus.

Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere, idem.

Humanus.

Cyrum omnibus in rebus comem erga Lyſandrum & humanum fuiſſe, idem.

Humani-

Humanitate politus.

Vir humanitate politus. Tua ſingularis humanitas, ſuauiſsimi mores, idem.

Blandus.

Vnum te puto minus blandum eſſe quàm me, idem.

Vocare aliquem blanda voce, idem.

Manſuetus.

Quæro cur tam ſubitò manſuetus in Senatu fuerit, idem.

Placidus.

Placida & lenis ſenectus, idem, de Senectute.

Propitius.

Quam illa quæ parentes propitij, Teren.

Clemens.

Iam inde ab adoleſcentia ego hanc clementem vitam ſecutus ſum, idem.

gratiosus.

Tranquillus.

Animo liquido & tranquillo es, Plautus.

Frieden machen.

Frieden anrichtẽ/ſchaffen/ſtifften/vereinigen/hinlegen/ ſchlichten/ verſöhnen/entſcheyden/vergleichen/vertragen/verrichten/eins machen/vertrag anrichten/vergleichung machen/ Zanck vnd Hadder ſtillen/ Vnwillen vnd Zwitracht auff heben/ Irzung vnd Gebrechen richten vnd entſcheyden/ Feindtſchafft vnd Vneinigkeit tilgen/ Einigung Sühne vnd Rachtung anſtifften.

Der Frieden / Ruhe vnd Einigkeit vnter den Menſchen macht vnnd erhelt / der iſt ein Kindt Gottes.

Facere pa-

Facere pacem.

Conſules noſtri pacem cum Samnitibus fecerunt, Cicero, 3. Offic.

Sic Saluſtius, de Iugurth. Si pax cum Romanis fieret.

Si pacem Pop. Rom. cum Heluetijs faceret, Cæſar.

Confirmare pacem.

Pax deniq; per eum cum præſtantiſſimis ciuibus confirmata eſt, Cic. 1. Philippica.

Conficere pacem.

Pompeius pacem maritimam confecit, idem, pro lege Manil.

Conciliare pacem.

Conciliare pacem inter ciues, idem, Fam. epiſt. 205.

Pacificare.

Seruius pacificator cum librariolo ſuo, videtur obijſſe legationem, idem.

Conciliare.

Cura conciliandi eos moratum eſſe, Liuius.

Pacem componere.

His conditionibus pace compoſita, idem.

Adducere ad concordiam.

Si ad concordiam res adduci poteſt, Cicero.

Reddere ad concordiam.

Aliquos perfidia hominum diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere, idem.

Conſtituere concordiam.

Conſtituere pacem & concordiam, idem.

Dirimere controuerſiam.

Qui ſe dirempturos controuerſiam putauerunt, id. ſub finem 3. Officior.

Diſtrahe-

Diſtrahere controuerſias.

Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorũ cauſa reperta ſunt, idem.

Finire controuerſias.

Quas diſceptando controuerſias finire nequiuerant, idem.

Tollere controuerſias.

Si paruo labore magnas controuerſias tollere poſſent, idem.

Componere controuerſias.

Fore vti per colloquia omnes controuerſiæ componerentur, idem.

Imponere finem controuerſijs.

Finemq́; ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum polliceretur, Vlpianus.

Decidere controuerſias.

Iuriſiurandi religione vel ex pactione litigatorum, vel ex authoritate iudicis deciduntur controuerſiæ, Caius.

Sedare controuerſiam.

Hæc controuerſia tota ſedari poteſt, Cicero.

Extinguere inimicitias.

Inimicitias in fortiſſimis viris extinxit Reipublicæ dignitas, idem.

Ponere ſimultates.

Vt poſitis ſimultatibus communi animo conſilioq́; adminiſtrarent Rempub. Liuius.

Vt ſimultatem depoſuimus, Cic. Fam. epi. 23.

Lites expedire.

Inter litigantes non aliter expediri poteſt, quàm ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit, Vlpianus.

Lites fini-

Lites finire.

Compromiſſum ad finiendas lites pertinet, Paulus.

Lites diſcutere.

An conſilio ſuo vel authoritate diſcuti litem paterentur, Vlpianus.

Lites tollere.

Non enim differendarum litium cauſa, ſed tollendarum ad arbitros itur, Celſus.

Dirimere lites.

Poſſunt & tempora, intra quæ iuſſus eſt dirimere lites, prorogari, Vlpianus.

Hanc Deus & melior litem natura diremit, Ouidius, 1. Metamorph.

Lites diminuere.

Cùm ad officium Prætoris pertineat, lites diminuere, Iulianus.

Reducere in gratiam.

Qui me cum illo in gratiam reducat, idem.

Iam dudum res ipſa reduxit me in gratiam, Terent. And. act. 5. ſc. 4.

Redire in gratiam.

Cato cum Milone in gratiam redijt, idem.

Vt cum Craſſo redirem in gratiam, Cicer. Fam. epiſtola 9.

Reſtituere in gratiam.

Iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues, Terentius.

Reuenire in gratiam.

Cumq́ eo reueni ex inimicitia in gratiam, Plaut.

Componere.

Hæc potius cum bona vt componantur gratia, Terentius.

Ponere in

Ponere in gratiam.

Lentulum ponam tecum in gratiam, ad Attic. libr. 3. epiſt. 3.

Sic Cicer. Famil. epiſt. 140. Amabo te ponito me in gratiam.

Seditionem conferre in tranquillum.

Tum meus pater eam ſeditionem illi in tranquillum conferet, Plautus.

Componere cauſam.

Ita cauſa componitur, vt Bidenſes hæreditatem peterent, Cicero.

Placare odium, iram, diſcordiam.

Placaui odia improborum. Noſtra inter nos ira diſcordiæq́; placandæ ſunt, idem.

Lenire animum.

Vt animos quaſi concordia quadam placet & leniat, idem.

Reconciliare.

Quintus filius currentem animum patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit, idem.

Reconciliationem facere.

Et ſignificat ſe amiciſſimum eſſe, et reconciliationem eſſe gratiæ factam, idem.

Componere.

Cur enim ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere? Vlp.

Redigere in gratiam.

Ego redigam vos in gratiam, Ter. Phor. act. 5. ſc. 8.

Sedare diſcordiam.

Quod verbum in ſedandis diſcordijs vſurpauerat ciuitas illa, Cic. 1. Philippica.

Frölich.

Frölich.

Luſtig/ freudig/ leichtſinnig/ guter ding/ Freuden voll/ in allen Freuden ſchwebend.

Auff Hochzeiten vnd andern ehrlichen Geſellſchafften mag man wol frölich vnd guter ding ſeyn.

Alacer.

Catilina alacer atq; lætus, Cicero.

Erectus.

Alacri animo & erecto proficiſci ad mortem, idem, in Catone Maiore.

Lætus.

Hilaris & lætus vultus, idem.

Laxatus curis.

Cùm laxati curis ſumus, idem, 1. Tuſcul.

In gaudio eſſe.

Scíſne in quibus ſim gaudijs? Terentius.

Hilarus.

Hilarum ac libentem fac te in nati nuptijs, idem, in Adelph.

Frölich machen.

Erfreuwen/ Freud vnd Wonne bringen/ luſtig vnd freudig machen/ erquicken/ ergetzen/ Freude vnnd Muth haben/ tröſten/ den Kummer wenden/ Vnluſt vertreiben/ die Trawrigkeit hinweg nemmen.

Wein vnd Seytenſpiel machen fröliche Leute/ vnd erfrewen das Hertz.

Hilarare.

Periclis ſuauitate maximè hilaratæ ſunt Athenæ, Cicero.

Expedire moleſtia.

Aut nos expedies omni moleſtia, aut eris particeps, idem.

Liberare moleſtia.

Ad te moleſtia liberandum, Cic. Fam. *epiſt. 55.*

Quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ,ibid. epiſt. 45.

Niſi ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias, ibidem, epiſtol.26.

Abſtergere dolorem.

Conſolabor te, & omnem abſtergam dolorem, idem.

Abſtergere ægritudinem.

Oratio omnem ægritudinem abſtergens,idem.

Leuare ægritudine.

Quarum rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluiſti, id. Fam. *epiſt.70.*

Abſtergere luctum.

Tum planè luctum omnem abſterſeris,idem.

Abſtergere fletum.

Vtinam his abſtergere fletum ſententijs noſtris poſſemus, idem.

Lætitia afficere.

Milo Pop. Roman. *maxima lætitia affecit,idem.*

Maxima lætitia ſum affectus, cùm audiui te conſulem eſſe factum, idem, Fam. *epiſt.383.*

Afferre lætitiam.

Incredibilem lætitiam mihi attulerunt, idem, Fam. *epiſt.183.*

Voluptate afficere.

Studium tuum curaq; de ſalute mea nulla me noua voluptate affecit,idem.

Animum voluptate explere.

Expletur animus voluptate, id. Fam. *epiſt.69.*

Animum gaudio explere.

Vt expleam animum gaudio, Terent. *And.act.2.ſc.2.*

Afferre alacritatem.

Frequentia veſtrûm alacritatem mihi ſummam adfert, Cice.

Afferre cumulum gaudij.

Iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt, idem, Fam. *epiſt.417.*

Cumulare gaudio.

Cumulari me maximo gaudio, non poſſum non confiteri, idem, Fam. *epiſt.166.*

Delectare.

Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos & delectat, idem, 1.Offic.

Demere ſolicitudinem.

Demere ſolicitudinem alicui, idem.

Eripere dolorem.

Obſecro te, eripe mihi hunc dolorem. Exhaurire *alicui vniuerſum dolorem, idem,* Fam.*epi.73.*

Lætitia efferre.

*Comitia iſta præclara, quæ me lætitia extulerunt, idem,*Fam.*epiſt.20.*

Gaudio efferre.

Incredibili gaudio ſum elatus,idem, Fam.*epiſt.190.*

Animum à ſolicitudine abducere.

Quæ animum tamẽ à ſolicitudine abducerent, idem, Fam. *epiſt. 45.*

Lætificare.

Acceſſus ſolis lætificat terram,idem,2.de nat.Deor.

Ad lætitiam contorquere.

Iudex tum ad triſtitiam,tum ad lætitiam eſt contorquendus, idem.

Traducere ad hilaritatem.

Laxare iudicum animos, & à ſeueritate pauliſper ad hilaritatem riſumq́; traducere, Cicero.

Voluptate perfundere.

Perfundere aliquem omni voluptate, idem.

Recreare mentem.

Conſpectus veſter reficit & recreat mentem meam, idem.

Releuari moleſtijs.

Vt animus moleſtijs potiſſimùm releuaretur, idem.

Moleſtia ſe laxare.

Vt iſtis te moleſtijs laxes, idem, Fam. epiſt. 71.

Voluptati eſſe.

Ea res mihi ſummæ voluptati fuit, idem.

Vtinam ea res ei voluptati ſit, idem, Fam. epiſt. 352.

Frolocken.

Jauchtzen/jubiliren/ſingen/froh ſeyn/tantzen/ſpringen/frölich ſeyn/ſich freuwen/triumphiren/in allen Freuden ſchweben / voll Wonne vnnd Freude ſeyn/ vor Freuden hüpffen.

Als Eliſabeth den Gruß Marie hört/ hüpffet das Kindlein vor Freuden in jrem Leib.

Lætitia excitari.

Galli victores alacritate & lætitia ad canendum excitantur, Cicero.

Lætitia exultare.

Quintus pater exultat lætitia, idem.

Lætitia incedere.

Repentè verò inceſſi omnibus lætitijs, idem, 1. Famil. epiſt. 8.

Plenus læ-

Plenus lætitiæ.

Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. Cicero.

Lætitia perfrui.

Hîc tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudijs exultabis? idem.

Efferri lætitia.

Aliquis lætitia elatus, idem.

Aliud exemplum eſt Fam. epiſt. 20. & ibidem ep. 190. Incredibili gaudio ſum elatus.

Pſallere.

Pueri lepidi & delicati, qui canere & pſallere didicerunt, idem.

Gaudere.

Meum factum probari ex te gaudeo & triumpho, id.

Gaudio perfundi.

Gaudio compleri, affici, perfundi, idem.

Gaudio exultare.

Quibus gaudijs exultabis? idem.

Gaudio exilire.

Exilui gaudio, Cicero, Fam. epiſt. 412.

Geſtire.

Qui nimia voluptate geſtiunt, idem.

In voluptate bacchari.

Quanta in voluptate bacchabere? idem.

Lætari, triumphare.

Lætaris tu in omnium gemitu & triumphas? idem.

In gaudio eſſe.

Sciſne in quibus ſim gaudijs? Terent.

Degere in lætitia.

Hunc diem miſerè nimis cupio, vt cœpi perpetuùm in lætitia degere, idem.

Furcht.

Schrecken/ Grawſen/ Zagheit/ Zittern/ Sorg/ Angſt.

Deß newgebornen Königs halben iſt ein groſſe Forcht vnd Schrecken / vber gantz Jeruſalem kommen.

Formido.

Subita atq; improuiſa formido, Cicero.

Quibus aliâs formidini eſſemus, Saluſt. de Cat.

Horror.

Dij immortales, quis me horror perfudit? idem.

Metus.

Malus cuſtos diuturnitatis metus, idem, 2. Offic.

Pauor.

Pauor metus eſt mentem loco mouens, idem.

Timor.

Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt, idem.

Fruchtbar.

Geyl/ gut/ traghafftig/ feyſſt/ arthafftig.

Syria iſt ein ſehr feyſſt / geyl vnd fruchtbar Landt.

Fœcundus.

Foſsionibus fit terra fœcundior, Cicero.

Opimus, fertilis.

Syria opima eſt & fertilis, idem.

Frugifer.

Spacia frugifera ac immenſa camporum, idem.

Fertus.

Frugifera & ferta arua Aſiæ, idem.

Ferax.

Nullus in Philoſophia locus eſt feracior, id. 3. Offic.

Vber.

Vber.

Seges ſpicis vberibus & crebris, Cicero.

Fructuoſus.

Ager quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, idem, 2. Tuſcul.

Pinguis.

Inter Tigrim & Euphratem iacentia tam vberi & pingui ſolo ſunt, vt à paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat, Curtius.

Führen.

Regiren/leyten/herrſchen/ guberni[e]n/ gebieten / im Regiment ſitzen / die Oberkeit vnd Regiment haben / Hochheit verwalten / das Gebiet/ Reich vnnd Herrſchafft haben / Oberkeit vnnd Herr ſeyn.

Der wol regiren ſol / der muß zuvor ein Vnterthan / vnnd der Oberkeit vnterthan geweſen ſeyn.

Regere.

Qui Rempublicam regunt, eorum adminiſtratio latiſſimè patet, Cicero, *1. Offic.*

Regnare.

Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe, idem.

Illum cohortatus ſum, vt in ſua vita conſeruanda primum regnare diſceret, idem, Fam. epiſt. 377.

Obtinere imperio.

Cùm prouinciam Aſiam conſulari imperio obtineres, idem.

Præeſſe.

Magiſtratibus ijsq́; qui præſunt, Reſp. continetur, id.

 Qui Rei-

Qui Reipub. præſunt, 2. Officiorum.

Adminiſtrare.

Sine ſeueritate adminiſtrari ciuitas non poteſt, idem, 1. Officiorum.

Dominari in aliquem.

Ratio dominatur in libidinem, idem.

Sed profectò fortuna in omni re dominatur, Saluſtius de Catil.

Imperare.

Qui benè imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt, Cicero.

Imperium tenere.

Tenebat non modò authoritatē, ſed etiam imperium in ſuos, id. in Catone Maiore.

Imperium habere.

Quia habes imperium in beluas, Terentius, Eunuch. Act. 3. ſc. 1.

Qui conſulare imperium Romæ habuerat, Saluſt. de Catilin.

Imperium agitare.

In pace verò beneficijs magis quàm metu imperium agitabant, idem, de Catil.

Cum imperio eſſe.

Eſſe cum imperio, Cicero, Fam. epiſt. 1.

Imperitare.

Tutius volentibus quàm coactis imperitare, Saluſt. de Iugurtha.

Summam Imperij penes aliquem eſſe.

Quòd ſumma imperij eo die penes Paulum erat, Liuius.

Summam Imperij ad aliquem reſpicere.

Ad hunc ſumma Imperij reſpiciebat, Cæſar.

Gerere

Gerere Remp. Imperium.

Benè gerere Rempublicam. In poteſtatibus & imperijs gerendis, Cicero.

Ex mea ſententia Rempub. geßimus, idem, Familia. epiſt. 17.

Poſtea verò quàm ita & cepi & geßi maxima imperia, idem, epiſt. 36.

Gerere magiſtratum.

Vt ſuis munitus tutus in foro magiſtratum gereret, idem.

Nunc aut magiſtratum gerunt, id. Fam. epiſt. 256.

Gubernare Rempublicam.

Dij, quorum ope & auxilio hæc Reſpub. gubernatur, idem.

Præſertim in Rempub. gubernantibus, Cicero, 2. Officiorum.

Et Fam. epiſt. 9. In Repub. gubernanda.

Qui maximis turbinibus & fluctibus Reipub. nauem gubernaſſem, idem.

Tenere clauum imperij.

Clauum tanti Imperij tenere, idem.

Tenere Remp. Cicero, Fam. epiſt. 9. & 49.

Gubernacula tractare.

Et gubernacula Reipublicæ tractare, idem.

Rempub. tractare.

Quam vſu tractandæ Reipub. conſecuti ſumus, idem, Fam. epiſt. 84. Sic Saluſt. de Catil.

Ad gubernacula ſedere.

Qui omni tempore ad gubernacula Reipub. ſedere debebant, idem.

Habere magiſtratum.

Ad me venit Heraclius is, qui tum Magiſtratum Syracuſis habebat, Cicero.

Cedere ijs, qui magiſtratum habebunt, idem, 1. Officiorum.

Moderari.

Te hortor, vt omnia gubernes ac moderêre prudentia tua, idem, Fam. epiſt. 17.

Obtinere moderamen.

Qui moderamen Prouinciæ temporis cauſa obtinet, Vlpianus.

Moderator ſum.

Sit igitur perſuaſum omnibus, dominos eſſe rerum omnium, ac moderatores Deos, Cicero.

Summam rerum adminiſtrare.

Qui ſummam rerum adminiſtrant, idem.

Rempub. adminiſtrare.

Facile mihi videor poſſe Rempub. ex veſtra ſententia adminiſtrare, idem, Fam. epiſt. 9. & epiſt. 189.

Rerum potiri.

Quod ij, qui rerum potiuntur, præſtaturi videntur, idem, Fam. epiſt. 8. & epiſt. 149.

Fortgehen.

Fortfahren/ fortſchreiten/ procedíren/ fürtretten/ fortgang erreichen/ ſeinen Lauff laſſen/ ſeinen Lauff haben/ gewinnen/ zunemmen.

Meine Sachen (Gott ſey Lob) gehen beſſer fort/ dann ich ſelber gemeynt hette.

Ire.

Incipit res meliùs ire, quàm putâram, Cicero, ad Attic. lib. 14.

Procede-

Procedere, progredi.

Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute, quò minùs miſerrimus ſit, antequam ad eam perueneꝛit, idem.

Efficere proceſſus.

Itaq; tantòs proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur, idem.

Procedere.

Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliorum ſit iudicium, idem, 1. Offic.

Serpere, prodire.

Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit, idem.

Facere progreſſionem.

Si qua ad virtutem facta eſt progreſſio, idem.

Facere progreſſum.

Philoſophi nunquam in ſuis ſtudijs tantos progreſſus facere potuiſſent, idem.

Fürnemmen.

Fürſetzen / deß Fürhabens ſeyn / in Willens ſeyn / in Sinn ſetzen / bey ſich beſchlieſſen / deß Fürſatzes / Sinns / Gemühts vnd Meynung ſeyn / bedacht ſeyn / vnterſtehen / zu that werden / darmit vmbgehen.

Ich hab mir fürgeſetzt vnd endtlich bey mir beſchloſſen / in der H. Schrifft zu ſtudiren.

In animo habere.

Habeo in animo pecuniam prætori dare, Cicero.

In animo eſſe.

Erat mihi in animo ad exercitum proficiſci, idem.

Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæſarem mittere, idem, Fam. epiſt. 362.

Animum

Animum inducere.

Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere, Cicero.

Certum eſſe.

Certum mihi eſt ad Brutum tranſire, idem.

Conſtituere.

Conſtitueram vt pridie Idus Aquini manerem, idem.

Statutum cum animo habere.

Si habeo ſtatutum cum animo ac deliberatum, idem.

Si habes iam ſtatutum, quid tibi agendum putes, id Fam. epiſt. 44.

Conſtitutum habere.

Hac de re puto te conſtitutum, quid facturus ſis, habere, Cicero.

Conſtituere apud ſe.

Conſtituere igitur apud ſe debet, Vlpian.

Deliberatum habere.

Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes iudices reijcere, Cicero.

Decernere.

Decreueram cum eo valdè familiariter viuere, idem.

Decretum eſſe.

Decretum eſt omnia perpeti, idem.

Deliberatum eſſe.

Certum eſt deliberatumq́ dicere, idem.

Proponere ſibi.

Mihi propoſitum eſt oſtendere omnia, idem.

Statuere.

Clodius ſtatuit vexare Rempub. idem.

Statui res geſtas Pop. Roman. carptim præſcribere. Saluſt. de Catil.

Stat ſen.

Stat ſententia.

Itaq, Hannibal poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere, ire, Liuius.

Eam mentem habere.

Sed vt eam mentem & id propoſitum habeat, Pomponius.

Propoſitum eſſe.

Quid eſt igitur propoſitum his Reip. gubernatoribus, idem.

Prora & puppis eſt.

Mihi prora & puppis fuit à me tui dimittendi, Cicero, Fam. epiſt. 420.

Velle.

Hoc ſpectant Leges, hoc volunt, incolumẽ eſſe ciuium coniunctionem, Cicero, 3. Offi.

Fixum deſtinatumque in animo eſſe.

Si hoc benè fixum omnibus deſtinatumq; in animo eſt, Liuius.

Volutare in animo.

Hoc enim iam pridem volutare in animo, idem.

Statuere apud animum.

Atq; ego vix ſtatuere apud animum poſſum, idem.

Deſtinare.

In feſtis ijs, quæ agere deſtinauerat, ab vrbe proficiſcitur, Cæſar.

Conſilium eſt.

Non fuit conſilium, ſocordia atque deſidia bonum otium terere, Saluſt. in proëmio Catilin. coniura.

Fürſetzlich.

Wiſſentlich/ mit fleiß/ gern/ williglich/ mit willen/ auß Fürſatz/ muthwilliglich/ one Noth/ auß freyem Willen/ mit Bedacht.

In Lei-

In Leibes ſtraffen ſol man wol acht haben/ob einer mit Fürſatz vnd williglich geſündiget hab/ oder vngefehrlich.

Conſultò.

Refert in maioribus delictis conſultò aliquid admittatur an caſu, Vlpian.

Exiſtimant quod ille inſcitia loquendi fecerit, feciſſe conſultò, Cicero.

Dedita opera.

Dedita opera has ad te literas miſi, idem.

Quaſi dedita opera domi erant, Terentius, Eunuch. act. 5. ſc. 2.

De induſtria.

Quanquam pleraq; à dominis de induſtria corrupta erant, Liuius.

Atq; illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, Cicero, 1. Officior.

Scienter.

Scienter in tuas partes ſeſe diſtribuunt, Cæſar.

Sciens prudensque.

Sed & ſi quis rem alienam mihi pignori dedit ſciens prudensq;, Vlpian.

Sic ego ſciens & prudens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus, Cicero, Familiar. epiſtol. 84. Item, epiſt. 151.

Data opera.

Sed & qui data opera & ſine lucro hoc affectauit, Vlpianus.

Data opera paraui, qui ſic omnia perſequeretur, Cicero, Fam. epiſt. 135.

Conni-

Conniuentibus oculis.

Verùm conniuẽtibus oculis credendum eſt, ſuis nummis eum redemptum, Vlpian.

Spontè.

Delictorum quæ ſpontè vel ignorantia contrahuntur, Papin.

Nulla neceſſitate cogente.

Qui ſpontè & nulla neceſsitate cogente immiſcuit ſe negotijs alienis, Vlpianus.

Fürtrefflich.

Außbündig / tapffer / fürnembſt / öberſt / fürſichtbar / der beſt / herrlich.

Je beſſer / höher / fürtrefflicher einer iſt / je demütiger ſol er ſich halten.

Excellens.

Tua ſcientia excellens ac ſingularis, Cicero.

Singularis.

Singularis & præſtantiſsima virtus, idem.

Præcellens.

Pup. Scipio vir omnibus rebus præcellentiſsimus, Cicero.

Præſtabilis.

Homini natura nihil mente præſtabilius dedit, idem, de Senect.

Præſtans.

Longè præſtans omnibus ingenio & doctrina, idem.

Præſtantia excellens.

Dij immortales rerum omnium præſtantia excellentes, idem.

Primus.

Decretum ſit, vt decem primi proficiſcantur ad L. Syllam, idem.

Prima-

Primarius.

C. Clodius Senator, vir primarius, Cicero.

Princeps.

Socrates princeps Philoſophorum, idem.

Superior.

Quantò ſuperiores ſumus, tantò nos ſubmiſſiùs geramus, idem, 1. Offic.

In pauciſſimis.

Animo vero & pietate in pauciſſimis, Curtius.

Egregius.

Minima copia poëtarum egregiorum extitit, Cicero, 1. de Oratore.

Eximius.

Singularis eximiaq; virtus Pompeij, idem.

Geben.

Schencken/mittheilen/reychen/ die Hand bieten/ die Hand reychen/ die Hand nicht zuhalten/ Wolthat beweiſen / guts thun / nicht vergeſſen/ nicht lår von ſich laſſen/ miltiglich helffen/gegen den Armen ſein Hertz nit verhårten / deß Armen Bitt nicht abſchlagen / ſein Angeſicht von dem Dürfftigen nicht wenden/ Allmoſen geben/wolthun/ begaben.

Die Bitt deß Elenden ſchlage nicht ab/ Wende deine Hand nicht von dem Dürfftigen / vnd wegere dich nicht den Armen guts zu thun.

Dare.

Hoc tantum boni, quod à dijs oblatum & datum eſt, Cicero.

Impartire.

Commoda, quibus vtimur, à Deo nobis dari atq; impartiri videmus, idem, pro Roſcio Amerino.

Imperti-

Impertire.

Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, Cicero.

Elargiri.

Ex iјs rebus quas tibi fortuna elargita eſt, idem, Famil. epiſt. 5.

Largiri.

Quidam eripiunt aliјs, quod aliјs largiantur, idem, 1. Officiorum.

Largitiones facere.

Maximas largitiones fecit, Cæſar.

Quî enim facta & non facta largitio ignorari poteſt? Cicero, Fam. epiſt. 40.

Donare.

Cauda pauoni à natura donata eſt ad ornatum, Cicero.

Donum afferre.

Donum aliquid quotidie afferre Reipub. idem, 1. Philippica.

Conferre donationes.

Sed & ſi mortis cauſa donationes ſint collatæ, Iulian.

Munerare aliquem.

Quibus te Rex munerare conſtituerat, Cicero.

Munerari.

Alexion me opiparè muneratus eſt, idem.

Dare munus alicui.

Deiotarus tibi nullum munus dedit, idem, pro Rege Deiotaro.

Mittere munuſculum & munus.

Hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui, idem.

Hoſpitibus aliјsq; magna munera miſêre, Sal. de Iug.

Afferre munus.

Quod enim munus afferre Reip. maius meliúſve poſſumus? idem.

Explere muneribus.

Veteres amicos magnis muneribus expleant, Saluſt. de Iugurtha.

Afficere muneribus.

Afficere aliquem plurimis maximiſq; muneribus, Cicero, Fam. epiſt. 13.

Benemereri.

Propenſiores ad benemerendum quàm ad repoſcendum ſimus, idem, de Amicitia.

Benè promereri de aliquo.

Deinde erunt tanquam exercitatiores ad benè de multis promerendum, idem, 2. Offic.

Facere benignè alicui.

Deiotarus dicere eſt ſolitus, benignè ſibi à Pop. Rom. eſſe factum, idem.

Quibus benignè videbitur fieri, idem, 1. Offic. & Famil. epiſt. 300.

Gratificari alicui.

De eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari volunt, idem.

Facere bona in aliquem.

Quoniam bona quæ in me fecerunt, ingrata ea habui, Plautus.

Benefacere alicui.

Ab ijs quibus benefecerimus malè tractari, idem.

Beneficium tribuere, dare.

Multa beneficia alicui tributa & data, Cicero.

Magiſq; dandis, quàm accipiendis beneficijs amicitias parabant, Saluſt. de Cat.

Beneficium

Beneficium collocare.

In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam ſequi conuenit, idem, 2.Offic.

Meliùs apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto, idem, 2.Offic.

Beneficium locare.

Beneficia malè locata, maleſacta arbitror, idem, 2. Offic. ex Ennio.

Beneficio afficere aliquem.

Et Rempub. diuino beneficio affeceris, idem.

Complecti, ornare beneficijs.

Complecti aliquem beneficio, ornare ciuitatem beneficijs, idem.

Qui tuis maximis beneficijs ornatus, idem, Familia. epiſtola 9.

Conferre beneficium.

Conferre beneficium in aliquem, idem.

Ponere beneficium.

Ponere beneficium apud gratos homines, idem, Fam. epiſt. 326.

Scriberem, quàm id beneficium benè apud Meſcinium poſiturus eſſes, idem, Fam. epiſt. 298.

Tribuere præmium.

Et præmia poſteà liberaliter tribuit, idem.

Donare præmijs.

Quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmijs donatur, idem.

Deferre præmium.

Quod enim eſſe præmium dignitatis, quod Pop. Rom. cum huius maioribus ſemper detuliſſet, idem.

Dare præmium.

Tanta mihi præmia pro hac induſtria ſunt data, id.

Perſoluere præmium.

Perſoluere meritum præmium alicui, idem.

Geberen.

Zur Welt bringen/eines Kinds oder Frucht geneſen/ der weiblichen Bande erlediget werden/ auff Erden bringen/ Kinder zeugen/ vberkommen.

Die Jungfraw Maria hat den HERREN Chriſtum zu Bethlehem in eim Stall zur Welt bracht.

Edere.

Qui naſcitur, in lucem edi dicitur, Cicero.

Procreare.

Quæ multiplices fœtus procreant, ijs mammarum data eſt multitudo, idem.

Parere.

Si quintùm pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram, idem.

An, vt ea liberos ex ſeſe pareret, idem, Fam. epiſt. 47.

Gignere.

Vt idem Deus vrbem hanc gentibus, vos huic vrbi genuiſſe videatur, idem.

Progignere.

Sed hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominandus, idem, 3. Offic.

Eniti.

Veluti ſi mulier monſtroſum aliquid enixa ſit, Paul.

Suſcipere liberos.

Qui liberos non ſuſceperunt, idem, Fam. epiſt. 73.

Ex qua filiam ſuſcepit, Terentius, Phorm. act. 5. ſcen. 8.

Geborn.

Gemacht/ geſchaffen/ herkommen/ erzielt.

Ein Menſch iſt vmb deß andern willen geboren.

Procreatus.

A parentibus paruus ſum procreatus, à vobis natus ſum conſularis, Cicero ad Quirites poſt reditum.

Natus.

Scitus puer natus eſt Pamphilo, Terent.

Generatus.

Homines hominum cauſa eſſe generatos, idem, 1. Officiorum.

Editus in lucem.

Simul atq; editi in lucem & ſuſcepti ſumus, idem.

Prognatus.

Thyeſtes Tantalo prognatus, idem.

Ortus.

Vos qui Deorum ſatu orti eſtis, idem.

Oriundus.

Qui ab ingenuis oriundi ſunt, idem.

Satu editus.

Hoc Herculi Iouis ſatu edito potuit contingere, id.

Satus, creatus.

Non temerè nec fortuitò ſati, creati ſumus, idem.

Gebüren.

Geziemen/zuſtehen/wol anſtehen/gefügen/eygenen/zuhören/ eines Ampt ſeyn.

Es gebürt dem Narren nicht von Weißheit zu reden.

Decet.

Hoc decet me, & conuenit iis rebus quas geſſi, Cicero.

Conuenit.

Hac non conuenit penes Deos eſſe negare, idem.

Eſt

Adoleſcentis eſt maiores natu vereri, idem, 1. Offic.

Cùm non minus eſſet Imperatoris conſilio imperare, quàm gladio, Cæſar.

Conuenire officio alicuius.

Putaui maximè conuenire officio meo, Ci, Fa. ep. 377.

Congruit.

Congruit graui & bono præſidi, vt pacata & quieta prouincia ſit, Vlpianus.

Pertinet.

Ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant, ad religionem præſidis pertinet, idem.

Officium eſt.

Peregrini officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere, Cicero, 1. Offic.

Meum fuit officium, vel legatione vitare periculum, idem, Fam. epiſt. 354.

Ad officium alicuius pertinet.

Quæ res ad officium imperij tui pertinet, idem.

Pertinet enim ad officium meum, idem, Fa. epiſt. 300.

Munus eſt.

Oratoris proprium officium eſt atq; munus, idem.

Meæ partes ſunt.

Hæ fuerunt partes meæ præcipuæ, idem.

Cuius exitum ne extimeſcam, tuæ partes ſunt, Cice. Fam. epiſt. 227.

Mei officij eſt.

Mei officij eſt, meminiſſe, idem, Fam. epiſt. 145.

Ad me, ad te.

Hoc nihil ad te, noſtrum eſt onus, idem.

Gedem

Gedencken.

Entſinnen/ erinnern/ wiſſen/ einfallen/ nit entfallen ſeyn/ nit vergeſſen haben/ auß friſcher Gedächtnuß ſich wol wiſſen zu erinnern/ ſich wol können berichten/ vnvergeſſen ſeyn.

Alles was ich in der Jugendt gehört vnd geſehen habe/ deß weyß ich mich wol zu erinnern/ iſt mir vnvergeſſen.

Meminiſſe.

Memini enim, memini, nec vnquam obliuiſcar noctis illius, Cicero.

Commemini.

Id quod tu rectè commeminiſti, idem.

Sum memor.

Memor & quæ dicta contrà, quæque ipſe dixiſſet, idem.

Repetere memoria.

Quantum memoria repetere præterita poſſum, Cicero, Fam. epiſt. 241.

In memoriam aliquid redit.

Diſcedens in memoriam rediјt Quintius, idem.

Nunc demum in memoriam redeo, cùm mecum cogito, Plautus.

In memoriam regredi.

Nunc ædepol demum in memoriam regredior audiſſe me quaſi per nebulam, idem.

In memoria hærere.

Credo quòd hærebant in memoria, quæcunque audierat, idem.

Inſidet in memoria.

Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitus inſiderit, Cicero.

Etenim penitus inſederat, nec omninò exciderat iſta cogitatio, Cicero, Fam.epiſt.70.

Retinere memoria.

Vti ſua priſtinæ virtutis memoriam retinerent, Cæſar.

Memoria tenere.

Multa carmina ex ijs memoria teneo, Cicero.

Memoriam tenere alicuius.

Statutum habeas, me tui memoriam tenere, idem, Fam. epiſt.80.

Habere memoriam.

Habere memoriam alicuius rei præſentem, idem.

Memoria animum ſubit.

Subit animum memoria regis oraculo editæ ſortis, Curtius.

In memoria habere.

In memoria habeo, Terentius, And.act.1.ſc.1.

In mentem venire.

At mihi iſthuc non in mentem venerat, idem.

Mihi ſolet in mentem venire illius temporis, Cicero.

Incidere in mentem.

Quodcunque in mentem incidit, idem.

Animo, menti infixum.

Dum memoria mei Conſulatus veſtris infixa mentibus, tamen infixus animo inhæret dolor, idem, in Cat.

Animo continere.

Recentem pollicitationem animis continebant, Cæſar.

In animo hærere.

Quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæſerat, Saluſtius, de Cat.

Repetere.

Repetere.

Quidam referunt (quantum repeto) apud Iulianum expoſitam eſſe huiuſmodi controuerſiam, Scæuola.

Succurrere.

Quæ ipſis ſua ſponte non ſuccurrebant, ea admonendo atq; hortando ſubijciunt, Liuius.

Deinde etiam illud mihi ſuccurrebat, Cicero, Famil. epiſt. 417.

Occurrere.

Nihil te effugit, & omne quod erit in te, occurret, idem.

Vt verò ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, idem, Fam. epiſt. 120.

Retro reſpicere.

Tam longè retro reſpicere non poſſum, idem.

Recordari.

Cùm omnes gradus ætatis recordor tuæ, idem.

Vt poßis meum conſilium recordari, idem, Familiar. epiſt. 13.

Reminiſci.

In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus, idem.

Gedültig ſeyn.

Leiden/dulden/ ertragen/ſich drucken/ Gedult haben/Gedult tragen/frölich/freudig/gütiglich/ demütiglich/ rühiglich vnd one Zorn leiden.

Was nicht anderſz ſeyn kan / das ſolt du gedültiglich leiden vnd tragen.

Latè ferre.

Tranquilliora latè feras, Cicero, Fam. epiſt. 92.

Moderato animo.

Hoc verò tempus hoc moderatiore animo ferre debes, Cicero, Fam. epiſt. 78.

Humanè pati.

Vix humanè patitur, Terentius Adelph. act. 1. ſc. 2.

Humanè ferre morbum, Cicero.

Fortiter ferre.

Quàm fortiter ferres communes miſerias non intellexi, idem, Fam. epiſt. 55.

Ferre remiſsè.

Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidiè remiſſiùs ferre, idem, Fam. epiſt. 91.

Moderatè ferre.

Omnia humana placatè et moderatè feramus, idem, Fam. epiſt. 79.

Placatè ferre.

Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidiè remiſſiùs & placatiùs ferre, idem, Fam. epiſt. 91.

Patienter habere.

Riualem patienter habe, victoria tecum ſtabit, Ouid. 2. de arte amandi.

Ferre leuiter.

Ideò leuius ferendum, Cicero, Fam. epiſt. 45.

Ferre toleranter.

Idem, Fam. epiſt. 48.

Ferre tolerabiliter.

Quò tolerabiliùs feramus igniculum deſiderij tui, id. Fam. epiſt. 395.

Ferre facilè.

Idem, Famil. epiſt. 352.

Ferre firmo animo.

Idem, Famil. epiſt. 118.

Leni anj-

Leni animo pati.

Qui me tam leni paſſus eſt animo, Terentius, And. Act.1.ſc.5.

Æquo animo pati.

Decere illos reliquum laborem æquo animo pati, Sal. de Iugurth.

Facilè tolerare.

Idem, de Iugurtha.

Facilè pati.

Facilè patior ea me de Repub. dicere, Cicero, Famil. epiſt.9. & epiſt.49. Qui ſi facilè paſſurus eſſet, &c.

Placidè ferre.

Placidè & ſedatè ferre dolorem, idem.

Quieto & æquo animo ferre.

Vt quicunque accidiſſet caſus, hunc quieto & æquo animo ferret, Cæſar.

Patienter ferre.

Patienter ferre potentiam alicuius, Cicero, Familia. epiſtola 8.

Quæ tamen omnia ſe tuliſſe patienter, Cæſar.

Pati toleranter.

Pati dolorem toleranter, Cicero.

Facilè perpeti.

Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt, facilè omnes perpetior ac perfero, idem.

Forti animo tolerare.

Forti animo iſtam tolera militiam, idem, Familiar. epiſt. 118.

Gegenwertig ſeyn.

Darbey ſtehen / darbey ſitzen / vor Augen ſeyn / darbey ſeyn / vorhanden ſeyn.

Ich bin

Jch bin ſelber darbey geweſen / vnd hab alles gegenwertigiich geſehen.

Adeſſe.

Apud te & eos qui tibi adſunt, veritas valebit, Cic.

Aſtare.

Aſtante & audiente Italia tota, idem.

Præſtò eſſe.

Quibus tu etiam præſtò fuiſti, idem.

Præſens eſſe.

Ipſe interfuit & præſens vidit, idem.

Coràm adeſſe.

Quaſi coràm adſis, idem.

Ante pedes.

Hominem ante pedes conſtituunt, idem.

In præſentia, ante oculos.

Periculum in præſentia atq; ante oculos propoſitum eſt, idem.

In re præſenti eſſe.

Et fuit illic in re præſenti, Plaut.

Gehorſamen.

Folgen / gehorchen / hören / zu Ohren nemmen / Gehorſam leyſten / förchten / gehorſam ſeyn / vor Augen halten / willfahren / gehorſam ſich erzeygen.

Wer der Weißheit folget vnd gehorchet / der kan andere Leut lehren vnd vnterweiſen.

Wer ſeinem Vatter gehorſamet vnd ehret / der wirt auch Freude an ſeinen Kindern haben.

Obedire.

Obedire & parere voluntati Dei, Cicero.

Obedientem præbere.

Appetitum rationi obedientem præbeamus, idem.

Obedien-

Obediens ſum.

Futuran' es dicto obediens? Plautus.

Audiens ſum.

Reſpondit dicto audientem fuiſſe Pratoris, Cicero.

Omnes oportere Senatus dicto audientes eſſe, idem, Fam.epiſt. 138.

Audire.

Te audi, tibi obtempera, idem.

Quod ſi me Cæſar audiſſet, idem, Fam.epiſt. 223.

Aures patent.

Meæ aures ſemper omnium præceptis & monitis patuerunt, idem.

Morem gerere.

Geram tibi morem, idem.

Morigerari.

Voluptati autem aurium morigerari debet oratio, idem, in Orat.

Morigerus ſum.

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus, Teren. And. act.1.ſc.5.

Obſequi.

Ego verò, inquit, tibi obſequi ſtudeo, idem.

Obſequens ſum.

Filius obſequens patri, idem.

Obſequelam facere.

Omnes parentes liberis ſuis facient obſequelam, Plautus.

Obſecundare.

Venti tempeſtatesq; obſecundârint, Cicero.

Obtemperare.

Is, cur ciues aſſenſerint, ſocij obtemperauerint, idem.

Quò fa-

Quò facilius tuis præceptis obtemperare poſsimus, id. Fam. epiſt. 130.

Parere.

Parere prudenti in animum inducamus, Liuius.

Videbar enim mihi præceptis eorum non ſatis paruiſſe, Cicero, Fam. epiſt. 153.

Obſeruare aliquem.

Qui me ſicut alterum parentem obſeruat & diligit, idem.

Satisfacere mandatis.

Noli putare me quicquam maluiſſe, quàm vt mandatis tuis ſatisfacerem, idem.

Imperata facere.

Qui Cæſari pareret, atq; imperata faceret, Cæſar.

Imperium exequi.

Si meum imperium exequi voluiſſes, Terent.

Imperium perſequi.

Non ſoleo meticulosè herilia Imperia perſequi, Plautus.

Auſcultare alicui.

Tibi auſcultabo igitur, idem.

Gelegenheit.

Bequemheit/ rechte zeit/ fug/ vortheil/ raum/ platz/ ſtat/ vrſach.

Wann ſich die Gelegenheit vnd rechte zeit/ den Fürſten anzuſprechen/ dir einmal erzeygt/ ſo laß ſie nicht auß der Handt.

Commoditas.

In occaſione commoditas ad faciendum idonea, Cicero.

Opportu-

Opportunitas.

Opportunitas idoneorũ ad agendum temporum, id.

Facultas.

Videamus nunc & quæ facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit, idem, pro S. Roſc.

Occaſio.

Teneo quam optabam occaſionem, nec remitto, id.

Conclamant omnes, occaſionem negotij bene gerendi omittendam non eſſe, Cæſar.

Tempus oblatum.

Hoc tempus tibi oblatum noli prætermittere, Cicero.

Cauſa.

Arripere cauſam ad agendum aliquid, idem.

Materia.

Opes ſuperbiæ & libidini facultatem & materiam dare, idem.

Temeritati Conſulis materiam etiam fortuna dedit, Liuius.

Locus.

Nunc locus vobis datus eſt, vbi poßitis, Cicero.

Nulli improbo ciui locus ad Rempub. violandam eſſe potuiſſet, idem, Fam. epiſt. 9.

Geloben.

Zuſagen / verſprechen / gereden / bey waren Trewen verheiſſen / Glauben zuſagen / mit handtaſtung angeloben / vereyden / ſchweren / Zuſage thun / Verheiſſung thun.

Was du einmal gelobt / zugeſagt vnd verſprochen haſt / das ſoltu auch trew vnd feſt halten.

Promittere.

Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſsimè ſeruabo, Ci.

Adpromit-

Adpromittere.

Cùm id ita futurum Titius Roſcius adpromitteret, idem, pro S. Roſc.

Polliceri.

Pro certo polliceor hoc vobis atq; confirmo, idem.

Spondere.

Promitto hoc vobis & Reipub. ſpondeo, idem.

Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti, idem, Fam. epiſt. 9.

Condicere.

Cùm mihi condixiſſet, cœnauit apud me, idem, Fam. epiſt. 9.

Facere promiſſa.

Non ſtandum eſſe promiſſis, quæ quis metu coactus fecit, idem, 1. Offic.

Affirmare.

Vario noſtro Panſæ affirmauit ſe daturum operam, idem, Fam. epiſt. 256.

Dare fidem.

Nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit, idem, 3. Officiorum.

Data atq; accepta fide, Saluſt. de Catil. Sic Cicero, Fam. epiſt. 9: Et fides, quam frater de me Cæſari dederat.

Facere fidem.

Fac fidem, te nihil niſi populi vtilitatem quærere, idem.

Fidem interponere.

Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti, id.

Interpoſita fide publica, Saluſt. de Iugurtha.

Fidem obligare.

Audebo etiam fidem obligare meam, Cicero.

Fidem

Fidem obſtringere.

Oraſſetq́; eum, vt fidei ſuæ temere obſtrictæ conſuleret, Liuius.

Adſtringere fidem.

Lege hac tibi meam adſtringo fidem, Teren. Eunuch. act. 1. ſcen. 1.

Recipere.

An verebamini ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel? idem.

Si reciperes, te correcturum, Fam. epiſt. 85.

Dare dextram.

Dare dextras fidémque haud impunè adultero fore, Liuius.

Geſetz machen.

Geſetz geben/verordnen/conſtituiren/ſetzen/ordnen/ beſchlieſſen/Ordnung machen/Geſetz außgehen laſſen/fürſchreiben.

Die Röm. Keyſ. May. hat von Weltlicher Policey viel guter Geſetz gemacht/vnd außkündigen laſſen/ ſie werden aber vbel gehalten.

Ferre legem.

Et ita leges quaſdam & ipſe Curiatus ad populum tulit, Pompon.

Caninius & Cato negârunt ſe vllam legem ante comitia laturos, Cicero, Fam. epiſt. 4.

Componere ius.

Hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, Pomp.

Rogare Legem.

Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt, Cicero,

Componere, ſancire Leges.

Deſcribere iuſſa populis, componere & ſancire leges, Cicero.

Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, idem, de Amicitia.

Promulgare Legem.

De me retuliſti, promulgaſti Legem, idem.

Cùm tribuni plebis Legem iniquiſſimam promulgâſſent, idem, Famil. epiſt. 275.

Scribere Legem.

Hanc Legem Clodius ſcripſit, idem.

Iubere Legem.

Popul. Roman. Legem iuſſit de ciuitate tribuenda, idem.

Imponere Legem.

Per vim & contra auſpicia imponere Leges Reipub. idem.

Non enim honeſtè Leges imponuntur, idem, Famil. epiſt. 407.

Conſtituere Legem.

In poſterum hæc Lex Imperatoribus veſtris conſtituetur, idem.

Sciſcere Legem.

Plancius primus ſciuit Legem de publicanis, idem.

Perferre Legem.

Iterumq; cœpit Populus Romanus incerto magis iure & conſuetudine aliqua vti, quàm perlata lege, Pomponius.

Conſtituere Ius.

Iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur, Vlpian.

Facere

Facere Ius.

Non ambigitur Senatum Ius facere poſſe, idem.

Statuere Ius.

Quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, vti ipſe eodem iure vtatur, idem.

Condere.

Condere leges, Cicero.

Comparare Legibus.

Præclarè Legibus comparatum eſt, idem.

Parare Leges.

Tunc Lex Percia, aliaq; Leges paratæ ſunt, Saluſtius de Catilin.

Deſcribere Ius.

Eſt proprium Magiſtratus iura deſcribere, idem.

Proferre & figere legem.

Quas leges poſt mortem Cæſaris prolatas eſſe & fixas videtis, Cicero, 1. Philippica.

Geſchäfftig ſeyn.

Mit vielen Sachen beladen / nimmer Ruhe haben/viel zu ſchaffen haben/mit vilen Geſchäfften vberhäuffet ſeyn / mit ſchweren wichtigen Händeln vberſchütt.

Ich bin mit ſo viel wichtigen Geſchäfften beladen/ daß ich kaum zeit vnd raum zu eſſen hab.

Occupationibus implicari.

Deus nullis occupationibus eſt implicatus, Cice. 1. de natura Deorum.

Negotijs implicari.

Ne ille eſt implicatus moleſtijs operoſisq; negotijs, idem.

Occupationibus deſtineri.

Nam antea deſtinebar maximis occupationibus, id. Fam. epiſt. 271.

Negotijs impediri.

Nos qui ab delectatione omni negotijs impedimur, idem.

Occupationibus impediri.

Quanquam eram maximis occupationibus impeditus, idem, Fam. epiſt. 206. & epiſt. 271. Tantis me occupationibus impediri. Idem, 1. Offic.

Occupatus.

Quamuis occupatus ſis, otij tamen plus habes, idem, Fam. epiſt. 271.

A negotijs non vacans.

A negotijs nullus dies mihi vacuus eſt, idem.

Vacuum tempus non tribui.

Nullum mihi tribuitur vacuum tempus & liberum, idem.

Diſtentus opere.

Etſi diſtentus cùm opere, tum animo ſum, idem.

Diſtrictus negotijs.

Tot tantiſq; negotijs diſtrictus ſum, vt reſpirare liberè non poſſim, idem.

Multis officijs conſtrictus.

Dum me Reipub. cura multis officijs implicatum & conſtrictum tenebat, idem.

Maximè negotioſus.

Quia prudentiſſimus quiſq; maximè negotioſus erat, Saluſt. de Catil.

Negotioſus negotijs.

Quia negotioſi eramus nos noſtris negotijs, Plaut.

Diſtringi

Diſtringi rebus.

Vel maiore ſua re diſtringatur, Vlpianus.

Gern.

Williglich/vnwegerlich/gutwilliglich/on wegerung/ vnabſchläglich/ frey/ willig/ mit gutem willen / nicht vngern.

Was die Eltern den Kindern Guts gebieten/ das ſollen ſie gern/ gutwilliglich / vnd ohn alles wegern thun.

Libenter.

Alterum facio libenter, Cicero, Fam. epiſt. 7.

Animo libenti.

Non modò patienti, ſed etiam libenti animo religioni pareba, idem.

Cuncta earum regionũ præfectura libentiſsimis animis eum recipiunt, Cæſar.

Summa voluntate.

Qui & ſumma voluntate ceſſerit, Cicero, Familiar. epiſtola 9.

Egregia animi alacritate.

Qui egregia animi alacritate obſuerit, idem, ibidem epiſt. 9.

Sine recuſatione.

Illi ſine recuſatione et ſine vlla mora negotium ſuſceperunt, idem.

Summo cum ſtudio.

Omnes ſine vlla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio nomina dant, idem.

Non grauatè.

Multorum cauſas non grauatè & gratuitò defendere, idem.

Non repugnanter.

Alterum patienter accipere, non repugnanter, Cic. *de Amicitia.*

Æquo animo.

Animis aut libentibus aut æquis remittatis, idem.

Voluntariè.

Atque eum milites electi voluntariè ſunt proſecuti, Cæſar.

Gemeldt.

Angezogen/ berhürt/ bedacht/ obermeldt/ obgenannt/ vorangezeygt/ oberzehlt/ vorgenannt/ vorangeregt/ obenangezogen/ vorgedacht/ obberhürt / bemeldt/ vielgedacht/ mehr genannt/ obgeſchrieben.

Præfatus.

Vt præfata iura aut menſura, aut temporibus diuidantur, Paulus.

Suprà ſcriptus.

Eorum videlicet, qui ſuprà ſcripti ſunt, Cicero.

Suprà dictus.

Illa quæ ſuprà dicta ſunt, idem.

De quo facta eſt mentio ſuprà.

Demetrius ille, de quo ſuprà facta eſt mentio, idem.

Gerücht.

Gemeiner Leumut / Geſchrey/ Sage/ gemeine Rede/ Mummel.

Hiervon gehet allenthalben ein gemein Geſchrey/ Sage vnd Leumut.

Auditio.

Romam cùm veniſſem, tenuem auditionem accepi de re, Cicero, *Fam. epiſt.* 135.

Vt leuem

Vt leuem auditionem habebant pro re comperta, Cæſar.

Fama.

Bona de Domitio, præclara de Afranio fama eſt, Cic.

Communis ſermo.

Quod ipſi audiuiſtis communi fama atque ſermone, idem.

Rumor.

Rem te valdè bene geßiſſe rumor erat, idem, Famil. epiſt. 8.

Rumuſculus.

Imperitorum hominum rumuſculos aucupari, idem, lib. 3. de legibus.

Geſchlecht.

Stamm/ Geblüt/ Hauß/ Herkommen/ Vrſprung/ Samen.

Er iſt auß Königlichem Geblüt geboren.

Auß dem Hauß vnd Stamme Oeſterreich geboren.

Familia.

Vetus & illuſtris familia, Cicero.

Genus.

Qui nobili genere nati, Plautus.

Fratres duo fuêre ſummo genere nati, idem.

Semen.

Virtus quæ propria eſt Romani ſeminis, Cicero.

Ipſa regio ſemine orta, Liuius.

Sanguis.

Magnam vim poßidet maternus paternusq́; ſanguis, Cicero, pro S. Roſcio.

Regio ſanguine ortus, Liuius.

Stirps.

Ciuili generoſa ſtirpe profectus, Cicero.

Progenies.

Progeniem veſtram ab auo atque atauo proferens, Terentius.

Gens.

Ita ille patritius ex gente clariſſima Corneliorum, Saluſt. de Catil.

Proſapia.

Qui rem haberent, Cicero, 2. Offic. & Fam. epiſt. 168. *Cùm rem habebas.*

Opibus valens.

Ampla & potens ciuitas, opibus valens, idem.

Nam ij, qui plus opibus valent, idem, Fam. epiſt. 7.

Municipia quæ maximè opibus valent, Saluſtius, de Catilin.

Florens opibus.

Complecti hominem florentem opibus, Cicero, Fam. epiſtola 23.

Patet.

Quod omnibus patet & aquè promptum eſt mihi. Cicero.

Patere tua conſilia non ſentis? idem, 1. Catilin.

Non dubium.

Non dubium eſt, quin debeant voluntates ratæ eſſe. Vlpianus.

Nulla dubitatio eſt.

Vigiles iure militari poſſe teſtari nulla dubitatio eſt. idem.

Non venit in dubium.

Illud vtique in dubium non venit, idem.

Certo certius eſt.

Certo certius eſt non committi ſtipulationem, idem.

Offenbar werden.

Außbrechen / ruchtbar werden / erſchallen / an Tag kommen / erſcheinen / ans Liecht kommen / ſich finden / herfür brechen / herfür leuchten / außkündig werden / lautbar werden / es gehet ein gemein Geſchrey darvon / jederman weyß darvon zu ſagen.

Von ſolchem allen iſt in gantz Teutſchlandt ein gemein Gerücht vnd Leumuth.

Percrebreſcere.

Res percrebruit, atq; in ſermone omnium cœpit eſſe. Cicero.

Peragrare.

Cn. Pompeij res geſtæ peragrarunt, idem.

Fama manat.

Cùm triſtis à Mutina fama manâret, idem, 14. Philippica.

Fama ve-

Fama venit.

Fama ad te de noua lauticia veniet, Cicer. Familiar. epiſt. 168.

Fama nunciat.

Fama nunciabat, te in Syria eſſe, idem, Familiar. epiſtola 246.

Fama eſt.

Vt hominum fama eſt, idem.

Fama peragrat.

Fama de interitu Clodij fines Imperij Romani peragrauit, idem.

Fama percrebreſcit.

Hæc fama de noſtris hominibus percrebruit, idem.

Ipſa fama, quæ de tua voluntate percrebruit, magnam es laudem conſecutus, idem, Fam. epiſt. 188.

Fama ſurgit.

Magna illico fama ſurrexit, & de damnatione loqui eſt cœptum, idem, Fam. epiſt. 142.

Fama peruadit.

Nulla ora eſt tam deſerta, quò non illius diei fama peruaſerit, idem.

Fama peruenit.

Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama peruenit, idem.

Rumor venit.

Quod ad Cæſarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat veniunt, id. Fam. epiſtola 135.

Diſſipari.

Sermo eſt in tota Aſia diſſipatus, idem.

In ore omnium eſſe.

Res in ore atq; in ſermone omnium cœpit eſſe, idem.

In ore eſt omni populo, Terent. Adelph. Act.1.ſc.2.

Rumor ſpargitur.

Graues de te rumores ſparſi ſunt, Cicero.

Rumor affertur.

Qui de me rumores afferuntur, idem, Familiar. epiſt.417.

Rumor eſt.

Rem te valde benè geßiſſe, rumor erat, idem, Famil. epiſtola 8.

Meum gnatum, rumor eſt, amare, Terentius, Andr. Act.1.ſcen.2.

Rumor ſerpit.

Serpit hic rumor, Cicero.

In ore vulgi verſari.

Iſtius iniquitas in ore vulgi & in communibus prouerbijs verſabitur, idem.

Fama emanat.

Quæ fama non idcirco ſolùm emanârat, idem.

Rumor manat.

Rumorq; per barbaros manauit, Liuius.

Fama fertur.

Fama incerta, maius ſi vero ferre ſolet, idem.

Verum aliquantò minores tamen, quàm fama ferebantur, Saluſt. de Catil.

Fama vulgatur.

Famam interfecti regis vulgauit, Liuius.

Diuulgari.

Diuulgato Domitij conſilio, Cæſar.

Fama diuulgatur.

Fama tanti facinoris per omnem Aphricam breui diuulgatur, Saluſt. de Iugurth.

Suſurrari.

Suſurrari.

Iam ſuſurrari audio, ciuem Atticam eſſe hanc, Ter. *And. Act.4.ſc.5.*

Foràs efferri.

Vides tuum peccatum eſſe elatum foràs, idem.

Palàm permanare.

Néue permanet palàm hæc noſtra fallacia, Plautus.

In lucem emergere.

Quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt, Arcadius.

Erumpere.

Cùm illa coniuratio ex latebris erupiſſet, Cicero.

Eminere.

Quo ſtudioſiùs ab ipſis opprimitur, eò magis eminet. idem.

Eniteſcere.

Vbi virtus eius eniteſcere poſſet, Saluſtius.

Ordnung machen.

Die Knecht in die Schlachtordnung ſtellen/die Spitz verordnen.

Er iſt von den Feinden vnverſehenlich vberfallen / ehe dann er ſein Kriegßvolck hat in die Schlachtordnung gebracht.

Aciem ſtruere.

Aduerſus quos aciem ſtruis? Cicero.

Aciem inſtruere.

Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit, idem.

Acies eſt inſtructa à nobis 12. cohortium, idem, Fam. epiſtola 208.

In aciem copias producere.

Repentè Antonius in aciem copias ſuas produxit, Cic. Fam. epiſt. 208.

In aciem penè deduximus, idem, Fam. epiſt. 379.

Aciem dirigere.

Facturus copiam pugnandi conſulibus, dirigit aciem, idem.

In acie conſtituere.

Reliquas ſex legiones pro caſtris in acie conſtituit, idem.

Aciem ſtatuere.

Aciem quam arcte ſtatuerat, latius porrigit, Saluſt. de Iugurth.

Aciem ordinare.

Armisq́ ipſe ſumptis aciem ordinabat, Curt.

In aciem educere.

Suos in aciem educit, Liuius.

Copias ſtrúere.

Copias ante frontem caſtrorum ſtruit, Cæſar.

Inſtruere legiones.

Nos noſtras more noſtro inſtruximus legiones, Plaut. in Amphit.

Ordines diſpertire.

Diſpertiti viri, diſpertiti ordines, idem, ibid.

Ordines conſtituere.

Ita vt intra ſyluam aciem ordinesq́ conſtituerant, Cæſar.

Aciem exornare.

Quietus aciem exornat, Saluſt. de Iugurtha.

Peinigen.

Peinlich fragen/ marttern/ zerbrechen/ auff die

Volter

Volter ziehen/recken/peinlich verhören/voltern/ Daumenſtock anlegen / auff die Leyter hencken/ ſpannen.

Man ſol die jenigen/ſo vnter vierzehen Jaren alt ſeyn/nicht recken noch peinlich fragen.

Cruciare.

Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius, Cicero.

Excarnificare.

Anaxarchum Democritum à Cyprio Tyranno excarnificatum accepimus, idem, 3. de Natur. Deor.

Diſcrutiari.

Et ſi poſſet, etiam Brutum & Caßium diſcrutiatos necaret, idem, 12. Philip.

Excruciare.

Aliquem vinculis ac verberibus atque omni ſupplicio excruciare, idem, pro lege Manil.

Lacerare tormentis.

Tormentis quoq; cum laceraretur, Liuius.

Adfligere tormentis.

Mox verberibus ac tormentis atq; ad ſummum periculum adflictum, Vlpianus.

Quærere tormentis.

More maiorum de ſeruis in dominum ne tormentis quidem quæri licet, Cicero.

Adhibere tormenta.

Sed tanquam tormenta quædam adhibemus; idem.

Torquere.

Apud Rhodios liberti ciuesq; torquentur, idem.

Habere quæſtionem.

De minore 14. annorum quæſtio habenda non eſt, Arcadius.

Ad quæ-

Ad quæſtionem abripere.

Eo tempore ad quæſtionem abrepta eſt, Cicero.

Quæſtionem explorare.

Cæſar explorata re quæſtione captiuorum, Cæſar.

Quæſtionem agere.

Si quis ne quæſtio de eo agatur, liberum ſe dicat, Vlpianus.

Pfandt geben.

Verſetzen/verpfänden/verſchreiben/ zu Vnterpfandt ſetzen/zu Pfandt geben/ ſtellen.

Er hat alle ſeine Güter verſchrieben/ verſetzt vnd verpfändt.

Pignorare.

Si debitor ſeruum, quem pignorauerat, teneat, Vlpianus.

Dare pignus.

Poſteaquam magna pignora eis dederat, Cicero.

Magnumq́ pignus ab eo Reipub. datum videbatur, idem, 1. Philip.

Nectere pignori.

Vt ſi quis ſummas propter tributiones prædij pignori nexi factus creditor, ſoluiſſet, Vlp.

Obligare pignori.

An obligauit aurum pignori, idem.

Dare pignori.

Si quis aurum oſtenderit quaſi pignori daturus, id.

Ponere pignori.

Species auri dedit, vt pignori apud alium creditorem poneret, idem.

Dare hypothecam.

Pupillus ſine tutoris authoritate dare hypothecam non poteſt, Martianus.

Obligare hypotheca.

Si debiti nomine obligata ſit hypotheca, idem.

Dare hypothecas.

Res hypothecæ dari poſſe, ſciendum eſt, idem.

Hypothecæ nomine obligare.

Vt res eius ſint hypothecæ nomine obligatæ, Caius.

Procuriren.

Das Wort thun/ einem ſeine Sachen im Rechten vertretten / eines Begeren antragen / die Gebrechen fürtragen / Beyſtandt thun / vertretten/ verwalten/ aduociren / vollmächtigen / Anwalt ſeyn.

Den Weibern gezimpt nicht andern Leuthen jre Sachen im Rechten zuvertretten.

Poſtulare.

Fœminas probibet pro alijs poſtulare, Vlpian.

Allegare.

His igitur perſonis, quæ non virtutis cauſa cum beſtijs pugnauerunt, pro ſe prætor permittit allegare, idem.

Aduocationem præſtare.

Si quis aduocationem præſtare fuerit probibitus, idem.

Adeſſe.

Puto eum apud ſucceſſorem eius adeſſe poſſe, idem.

Agere cauſam.

Decuriones contra patriam ſuam cauſam agere prohibentur, Paulus.

Orare

Orare cauſas.

Seruus autem cùm in cauſis orandis primum locum obtineret, Pomponius.

Sum procurator.

Procurator autem omnium rerum, vel vnius rei eſſe poteſt, Vlpianus.

Defendere.

Publicè vtile eſt, abſentes à quibuſcunque defendi, idem.

Verba pro aliquo facere.

Quamuis verba pro eo facientem, & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt, idem.

Interuenire pro aliquo.

Si fortè euidens ſit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quibus interueniunt, idem.

Agere pro aliquo.

Fœminis pro parentib. agere interdum permittitur, Paulus.

Proteſtiren.

Bedingen/ widerſprechen/ Proteſtation thun.

Herr Richter / ich wil mich zum allerzierlichſten bedingt vnd proteſtiert haben/daß ich durch diß mein Erſcheinen in euweren Gerichtszwang nicht bewilligen wölle.

Proteſtari.

Si igitur ſcit, & non proteſtatur ac contradicit, tenebitur, Vlpianus.

Teſtationem interponere.

Debet pater, ſi actum improbat, continuò teſtationem interponere contraria voluntatis, Paulus.

Contradi-

Contradicere.

Vnus contradixerat Marcellus, Cicero.

Rahten.

Raht geben/ einredig ſeyn / beyredig ſeyn / ſeinen Raht mittheilen.

Wenn wir geſundt ſind / ſo können wir den Schwachen wol Raht geben.

Conſulere.

Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem, Cicero, Fam. epiſt. 111.

Conſilium adferre.

Quid enim illi conſilij adferre poſſum? idem.

Perutile eſſe conſilium, quod Themiſtoles afferret, id. 3. Officiorum.

Dare conſilium.

Facilè omnes cùm valemus, rectá conſilia ægrotis damus, Terent. And. Act. 2. ſc. 1.

Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilij dederim, Cic. Fam. epiſt. 111.

Præſtare conſilium.

Idem domi & militiæ conſilium ſuum fidemq́; præſtabant, idem.

Conſilij ſui copiam facere.

Facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam, idem.

Conſilium ſuggerere.

Et ideò nemo mirabitur, ſi nos quoque nouum conſilium ſuggeramus, Vlp.

Suadere.

Nemo eſt, qui ſapientiùs tibi ſuadere poßit teipſo, Cicero, Fam. epiſt. 17.

Authorem

Authorem eſſe.

Tibi tamen ſum author, vt, &c. Cicero, Familiar. epiſtola 10.

Rahtſchlagen.

Zu rahtſchlagen/bedencken/deliberiren/Raht halten/erwegen/im Rhat ſitzen.

Zu Rahtſchlagen gehöret Weißheit/zu Raht geben Trew vnd Glauben.

Conſulere.

De Capua multum eſt ac diu conſultum, Cicero.

Capere conſilium.

In conſilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur, idem, Fam. epiſt. 242.

Habere aliquem in conſilijs capiendis Neſtorem, id. Fam. epiſt. 166.

Captare conſilium.

Quid cum illo conſilij captet, Terentius, Andr. Act. 1. ſcen. 1.

Conſilium pro tempore & pro Repub. caperet, Cæſar.

Deliberare.

In quibus deliberare & conſultare de officio ſolent, Cicero.

Deliberationem habere.

Deliberationes, quas habebat de Repub. idem, 1. Philippica.

Conſultare.

Vt ſi Annibal conſultet, an in Italia remaneat, an domum redeat, idem.

Inire conſilium, & in conſilium ire, per Tmeſin.

Conſilium inire cœpi Reipub. liberandæ, idem.

Quo die

Quo die de P. Seſtio in conſilium iri neceſſe erat, Cic. Fam. epiſt. 125.

Prenſare conſilium.

Ad conſilium prenſandum tempus opus eſſe, Liuius.

Conſilium habere.

Neque conſilij habendi, neque arma capiendi ſpacio dato, Cæſar.

Non ea conſilia de Repub. habuiſſent, Saluſtius, de Catilin.

Conſilia conferre.

Conſilia conferunt de Romano bello, Liuius.

Conferunt conſilia adoleſcentes, Terent. Adelph.

Conſilia ſtruere.

Clam recipiendi regni conſilia ſtruere, Liuius.

Rechnen.

Vberſchlagen / Rechenſchafft machen / vberlegen / calculiren / zehlen / computiren / Einnam vnd Außgifft gegen einander abziehen.

Computare rationem.

Si tantùm ratio accepti atq; expenſi eſt computata, Scæuola.

Computare.

Ad reuertendum tempora illa computabimus, Vlp.

Habere rationem.

Ex ratione menſæ quam mecum habuiſti, Scæuola.

Conferre rationes.

Quid opus eſt, inquam, potius, quàm rationes conferatis? Cicero.

Subducere rationes.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione fuit, Terent. Adelph. Act. 5. ſc. 4.

Rationibusq́ſubductis, Cicero, Fam. epiſt.9.

Ratiocinari.

De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cùm de gratia referenda deliberetur, idem, 2. de Inu.

Ad calculos reuocare.

Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare, idem, de Amicitia.

Rechenſchafft thun.

Rede vnd Antwort darvon geben / Beſcheydt geben / verantworten / Vrſach anzeygen.

Wir ſollen allezeit alſo leben / daß wir gedencken / wie wir etwan Rechenſchafft darvon werden thun müſſen.

Dare rationem.

Vt paucis rationem noſtri conſilij demus, Cicero.

Reddere rationem.

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur, idem.

Rationemq́ omnium redderem verboſiùs, idem, Fam. epiſt. 185.

Subiicere rationem.

Et quidem cur ſic opinetur, rationem ſubijcit, idem.

Rationem exponere.

Mei facti rationem exponere illis volo, idem.

Rationem afferre.

Quámnam rationem Cæſari allaturus es tuæ profectionis? idem.

Qui mihi conſueuiſſent afferre rationem, cur negarent, idem, Fam. epiſt. 86. Item epiſt. 55.

Afferre cauſam.

Hanc cauſam afferebat, Cicero, de Amicitia.

Rechen.

Achten/ ſchätzen/ halten/ zehlen/ ſetzen/ ſchreiben/ ziehen/ einnemmen vnd erzehlen.

Jch ſetze dich in die Zahl der Frommen vnd Gottesförchtigen/ Jch rechne dich vnter meine gute Freunde.

Numerare.

Is in mediocribus oratoribus numeratus eſt, Cicero.

Nec à quo culpa abſit, quicquam in malis numerandum, idem. Fam. epiſt. 265.

Volo me ſapientem ciuem numerari, id. epiſt. 9.

Ne id in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare videatur, id. Fam. epiſt. 16.

Annumerare.

Verùm ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerarer, idem.

Habere in numero.

Hic oratorum in numero eſt habitus, idem.

Habeasq; in numero tuorum, idem, Famil. epiſt. 307. & 144.

Habere numero.

Numeroq; hoſtium habüeram, id. Fam. epiſt. 201.

Vt in ſuis me haberet, (omiſſo numero) idem, Fam. epiſt. 241.

Ponere in numero.

C‹a›to noſter in horum librorum numero ponẽdus eſt, idem.

Id ego in lucris pono, Cicero, Famil. epiſt. 125.

Loco ſceleris aliquid ponere, idem. Fam. epiſt. 212.

A me autem hæc ſunt profecta, quæ ego non in beneficij loco pono, ſed in veri teſtimonij atque iudicij, idem, Fam. epiſt. 379.

Reponere in numero.

Quos equidem in Deûm immortalium cœtu ac numero repono, idem.

Referre in numerum.

Noſtri quoque oratorij libri in eundem numerum referendi ſunt, idem.

Dicere in numero.

Qui ex ijs ſecuti ſunt, in deſertorum ac proditorum numero dicuntur, Cæſar.

Collocare.

Collocare aliquem in conſilio cœleſtium, Cicero.

Adſcribere.

Hunc ad tuum numerum libenter adſcribo, idem.

Aggregare.

Ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo, idem.

Qui ſe ad eorum amicitiam aggregauerat, Cæſar, 6. bell. Gallic.

Deputare.

Quicquid præter ſpem euenit, omne id deputabo in lucro, Terentius.

Ducere.

Non iſtas res in actu ſuis duceret, Cicero, 1. Philippica.

Reich.

Habendig/vermögend/wol begutet/ vberflůſſig / vberſchwenglich / mit groſſem Reichthumb begabet / der Gelts vnd Guts gnug hat / der ein vnzehlich Gelt vnd Nahrung hat.

Wer jhm gnůgen läſt/ der iſt Reich.

Diues.

Diues eſt, cui tanta poſſeßio eſt, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus ſit, Cicero, in Paradox.

Diuitijs abundans.

Et quaſi is non diuitijs abundet, Terent.

Diuitijs affluens.

Homines diuitijs affluentes, Cicero, de Amic.

Diuitijs ſuperans.

Quod ſi aſſequar, ſupero Craſſum diuitijs, idem.

Summis diuitijs.

Fratres duo fuêre ſummo genere, & ſummis diuitijs, Plautus.

Habens diuitias.

Tantas diuitias habet, neſcit quid faciat auro, id.

Qui rem haberent, Cicero, 2. Offic. & Fam. epiſt. 168. Cùm rem habebas.

Opibus valens.

Ampla & potens ciuitas, opibus valens, idem.

Nam ij, qui plus opibus valent, idem, Fam. epiſt. 7.

Municipia quæ maximè opibus valent, Saluſtius, de Catilin.

Florens opibus.

Complecti hominem florentem opibus, Cicero, Fam. epiſtola 23.

Validus opibus.

Nam neque validiores opibus vlla inter ſe ciuitates contulerunt arma, Liuius.

Omnibus rebus circumfluens.

Circumfluere & abundare omnibus rebus, Cicero, de Amicitia.

Circumfluere omnibus bonis, copijs, atq; in omni rerum abundantia viuere, idem, ibidem.

Benè nummatus.

Adoleſcens non minus benè nummatus, quàm benè capillatus, idem, de leg. Agrar.

Te benè nummatum futurum, idem, Fam. epiſt. 116.

Pecunioſus.

Vir copijs rei familiaris locuples & pecunioſus, idem.

Copioſus.

Mulier copioſa planè & locuples, idem.

Locuples.

Tanquam in aliquam locupletẽ & refertam domum veniſſem, idem.

Opulentus.

Crœſus Aſiæ Rex opulentiſſimus, idem.

Diuitijs refertus.

Inſula referta diuitijs, idem.

Magnas opes habens.

Bargulus latro magnas opes habuit, idem.

Si opes magnas habeant, idem, 1. Offic.

Poſitus in facultatibus.

Vt & mater egena ſit, & filius in facultatib. poſitus, Vlpianus.

Habens aurum.

Non aurum habere præclarum eſt, ſed ijs qui habent aurum, imperare, Cicero.

Pecunia

Pecuniæ dominus.

Ipſe ampliſſimæ pecuniæ ſit dominus, Cic. pro S. Roſc.

Fortunis maximis.

Vir honoribus ampliſſimis fortunisq́ maximis, idem.

Reich werden.

Viel Guts gewinnen / groß Reichthumb erwerben/gewinnen/eröbern/kratzen/am Gut viel zunemmen/viel Narung zuſammen ſchlagen/viel Güter an ſich bringen / ein vnzehlich Gelt ſamlen/ an der Nahrung wachſen/ viel Gelts zuſammen ſcharren/zu groſſer Nahrung kommen.

Er hat in kurtzen Zeiten ein vberſchwengklich Gelt vnd Nahrung zuſammen geſchlagen.

Ditari.

Omnium rerum affluentibus copijs ditari, Cicero, 3. Officiorum.

Diuitem fieri.

Ex pauperrimo diues factus, idem.

Accumulare aurum.

Accumulat aurum ex præda, idem.

Conſtruere nummorum aceruos.

Tanti acerui nummorum apud iſtum conſtruuntur, vt iam appendantur, non adnumerentur pecuniæ, id.

Augere rem.

Augere rem bonis & honeſtis rationibus, idem.

Conficere pecuniam.

Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici poſſe, idem.

Congerere pecuniam.

Innumerabilis pecunia congeſta in illam domum eſt, idem.

Corrogare pecuniam.

Et pecunia ad neceſſarios ſumptus corrogat, Cæſar, 3.bel.Ciuil.

Trahere pecuniam.

Omnibus modis pecuniam trahunt, Saluſt.de Cat.

Rem familiarem augere.

Res familiaris conſeruari diligentia & parſimonia, ijſdem etiam rebus augeri debet, Cic.2.Offic.

Deinde augeatur ratione, diligentia, parſimonia, id. 1.Officiorum.

Diuitias comparare.

Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum, idem.

Exaggerare rem.

Rem familiarem omni modo exaggerare, idem.

Non eam omni ratione exaggerantes, idem, 1.Offic.

Peruenire ad maximas pecunias.

Breui ad maximas pecunias peruenturus es, idem.

Augere copias.

Aliorum ſpolijs ſuas copias augere, idem.

Augere opes.

In augendis opibus, idem. 1. Offic.

Quærere rem familiarem.

Res autem familiaris quæri debet his rebus, à quibus abeſt turpitudo.

Rem familiarem amplificare.

Nec verò rei familiaris amplificatio vituperanda, Ci. 1. Officiorum.

Opulentiam parare.

Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſerijs ciuium paraueris? Saluſtius in Ciceronem.

Parare di-

Parare diuitias.

Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias, Terent. And. Act.4.ſc.6.

Locupletare ſe.

Tu interea locupletâſti te Antiphila, idem, Heaut. Act.2.ſc.3.

Locupletari.

Cùm hoc facto aliter ſit locupletatus, Vlpianus.

Fieri locupletior.

Nam hoc natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, Pomp.

Rem facere.

Nunquam rem facies, neſcis ineſcare homines, Ter. Adelph.Act.2.ſc.2.

Facere quamplurimum.

Dum ſtudeo illis, vt quamplurimum facerem, idem.

Facere diuitias.

Diuitias tu ex iſthâc facies, Plautus.

Corradere diuitias.

Ibi me corradere poſſe aiebas diuitias, idem.

Minas decem corradet alicunde, Terent.in Adelph.

Ad diuitias procedere.

Ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia proceſſit, Plinius.

Reyſen.

Ziehen/ wandern/ die Reiſe nemmen/ gehen/ wohin verfügen/ſeinen Weg richten/ reiten lauffen/den Weg nemmen.

Wander nicht mit einem Thollkühnen/daß er dich nicht in Vnglück bringe.

Facere iter.

Iter in Galliam facere cœpi, Cicero.

Iter in Ciliciam facere inſtitui, idem, Fam. epiſt. 377.

Intendere iter.

Cùm ab occaſu ſolis ad exortum intenderent iter, Liuius.

Inſtituere iter.

Non recta regione iter inſtituit, ſed ad læuam flexit, idem.

Conficere iter.

Atque omni hoc itinere vna nocte equitatu confecto, Cæſar.

Habere iter.

Pompeius ex vrbe profectus nec ad legiones iter habebat, idem.

Iter habebant ad Laium Regem, Cicero, Familiar. epiſtola 22.

Conferre iter.

Meumq́; iter eò contuli, idem, Fam. epiſt. 226.

Dirigere iter.

Cùm ipſe iter ad Mutinam dirigerem, idem, Famil. epiſt. 189.

Contendere iter.

Quæ res vna nocte tantum itineris contendere eum coëgit, idem.

Capere iter.

Næ tibimet illuc naui capiendum eſt iter, Plautus.

Petere iter.

Iter à Vibone Brunduſium petere contendi, Cicero.

Ingredi iter.

Ingredi iter pedibus vel equo, idem, in Catone Maiore.

Petere.

Petere.

Dyrrachium petere contendi, Cicero.

Cyprum petiuimus, idem, Fam. epiſt. 255. & epi. 257. Italiam.

Contendere.

Quàm maximis itineribus poteſt, in Galliam vlteriorem contendit, Cæſar.

Ac deinde Romam contendit, Saluſt. de Iugurth.

Tendere.

Itaque dubito, an Venuſiam tendam, ibiq; expectem, Cicero.

Vadere.

Ad eum poſtridiè manè vadebam, idem.

Recipere ſe.

Ipſe me Laodiceam recipiebam, idem.

Proficiſci.

Cùm te iam ex Aſia Romam verſus profectum eſſe conſtaret, idem, Fam. epiſt. 16.

Peruolare.

Decem horis ſex & quinquaginta millia paſſuum peruolauit, idem.

Pergere.

In oppidum ad Pompeium perreximus omnes, idem.

Commeare.

Inſula Delos quò omnes vndique cum moribus atque oneribus commeant, idem, pro lege Manil.

Conferre ſe.

Excluſus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam ſe contulit, Cicero, Fam. epiſt. 256.

Deportare ſe.

Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, idem, Fam. epiſt. 397.

Demigra-

Demigrare.

Demigraturi in illa loca ſunt propter agrorum bonitatem, Cicero.

Ire.

Celeriter îſti & vidiſti, idem.

Excurrere.

Cupio excurrere in Graciam, idem.

Expedire iter, idem, Familiar. epiſt. 255.

Seine Reyſe vollbringen.

Reſtituiren.

Ergäntzen/ wider geben/ wider ſtellen/ wider einräumen.

Wem das ſeinige mit Gewalt entzogen iſt/ dem ſol es vor allen dingen reſtituirt vnd wider zugeſtellet werden.

Reſtituere.

Si ſeruitutes amiſſæ ſint, reſtituendæ erunt, Vlpia.

Reddere.

Heſiodus eadem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poßis, Cicero.

Remunerare.

Sin alio eſt animo, remuneret, Terent.

Refundere.

Summam aureorum, quam apud me tacitam habes, refundam tibi, Scæuola.

Retradere.

Si per vim res tradita ſit, retradatur, Vlpian.

Redhibere.

Redhibere, eſt facere, vt rurſum habeat vēditor, quod habuerat, idem.

Facere

Facere redhibitionem.

Facta redhibitione, omnia in integrum reſtituuntur, Paul.

Rühmen.

Glorieren / ſich ſelber loben / groß ſprechen / hoch angeben.

Es ſtehet vbel / daß ſich einer ſelbſt lobet.

Gloriari.

Tu de tuis diuitijs intolerantiſſimè gloriaris, Cicero.

Oſtentare.

Hic ſe magnificè iactat atq; oſtentat, idem.

Iactare.

Cùm Domitius vrbanam gratiam dignitatemq́; iactaret, Cæſar.

Prædicare de ſe.

Vt de ſuis laudibus homines libenter prædicant, id.

Deforme eſt de ſeipſo prædicare, Cicero.

Verbis ſe facere locupletem.

Is ſe verbis locupletem facit, cùm nihil habeat, idem.

Magnum ſe facere.

Magnum me faciam tunc, Plautus.

Venditare aliquid.

Si eloquentiam flagitiosè venditas, Saluſtius contra Ciceron.

Sagen.

Reden / koſen / ſchwätzen / ſprechen / verjähen / melden.

Was ſchändtlich zu thun iſt / das iſt zu ſagen nicht ehrlich.

Aio.

Quid ergò iſte aiebat & loquebatur? Cicero.

Inquam.

Inquam.

Reſpub. quam vos vniuerſam veſtris humeris, veſtris, inquam, humeris ſuſtinetis, idem.

Loqui.

Sæpiusq́ iſta loquamur inter nos, agamusq́ communiter, id.

Dicere.

Quid inter nos liceat dicere, idem.

Vocem mittere.

Vocem pro me & pro Repub. nemo omiſit, idem.

Facere verba.

Propinquis, qui aderant, verbum nullum fecit, idem.

Eo die nos quoque multa verba fecimus, id. Fa. ep.2.

Fari.

Epicurei noſtri Græcè fari neſciunt, idem.

Habere voces.

Voces quas habuiſſe in concione dicebatur, idem.

Habere verba.

Huiuſcemodi verba cum Iugurtha fertur habuiſſe, Saluſt. de Iugurth.

Cædere ſermonem.

Apud Terentium, Heaut. Act.2.ſc.3.

Dare dicta.

Hæc vbi dicta dedit, ſtringit gladium, Liuius.

Perhibere.

Ille adiutor fuiſſe perhibetur, Cicero.

Sermonem habere.

Habet is ſermonem benè longum, idem.

Sermonem inſtituere.

Cùm mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo, multis audientibus, eſſet de te inſtitutus, id. de Orat.

Schaden leiden.

In Vnglück kommen/in Vnraht fallen/in vngef.ll

geſell gerahten/Schaden empfangen/inns Verderben kommen/Nachtheil vnd Schaden nemmen/Vnrecht widerfahren/Vnfall begegnen/Vnglück hat mich troffen/Schaden empfinden.

Die Oberkeit ſol ein fleiſsigs Auffſehen haben/daß niemandt vnbillichen Genieß oder Schaden empfinde.

Capere detrimentum.

Vt videret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet, Cic. pro Milon.

Vt darent operam conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet, Saluſt. de Catil.

Accipere detrimentum.

Vt ſi quid eſſet detrimenti acceptum, vt breui ſarciri poſſet, Cæſar.

Quantum detrimentum Reſpub. acceperit, non te præterit, Cicero, Fam. epiſt. 222.

Damnum facere.

Damnum Gracchi immaturo interitu res Romana Latinaq́ litera fecerunt, idem.

Quod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis, idem, Fam. epiſt. 134.

Damnum contrahere.

Si mercatura aliquid damni contraxerit, idem.

Damnum trahere.

Quemadmodum non duplex damnum traheret, Alfe.

Damnum ſentire.

Ne quis iniquum lucrum aut damnum ſentiat, præſes prouinciæ prouideat, Vlpianus.

Facere iacturam.

Non ſolùm huius dignitatis iactura facienda eſt, Cic.

Facere

Facere iacturam rei familiaris, id. de Finib.

In vnius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris, id. Fam. epiſt. 47.

Accipere calamitatem.

Cùm aliquid calamitatis in proximis hybernis eſſet acceptum, Cæſar.

Nemo maiorem calamitatem morte Panſæ accepit, Cicero, ad Attic.

Accipere plagam.

Maximam autem plagam accepit, quòd, &c. idem, Fam. epiſt. 407.

Calamitas accidit.

Quòd ſi medio tempore calamitas fideiuſſoribus inſignis acciderit, Paulus.

Mihi crede, ſingulares huic municipio calamitates accidiſſe, idem, Fam. epiſt. 279.

Accipere vulnus.

Profectò non accepiſſet Reſpub. hoc vulnus, idem, Famil. epiſt. 211.

Incurrere in perniciem.

Incurrere in apertam perniciem, idem.

Accipere incommodum.

Itaque ex eo concurſu nauium magnum eſſe incommodum acceptum, Cæſar.

Incommodo affici.

Tametſi multis incommodis difficultatibusq́; affectus eſt, Cicero.

Ne ipſe aliquo incommodo afficiatur, idem, 1. Offic.

Affici damno.

Maximis enim damnis affectus eſt, id. Fa. ep. 282.

Schaden

Schaden thun.

Schaden zufügen / beſchädigen / beleydigen/ ſchädlich ſeyn / in Schaden führen / in Vnglück bringen/ ſchädlich vnd nachtheilig ſeyn/ ſchaden.

Der eim andern Schaden thun wil / dem kommet es ſelber vber den Halß.

Dare damnum.

Qui dederit damnum aut malum, *Terentius*, *Andr. Act.1.ſcen.1.*

Incommodare.

Qui nihil alteri ſcientes incommodant, Cicero.

Incommodum importare.

Si quid importetur nobis incommodi, propulſemus, idem, 2.Officiorum.

Struere calamitatem.

Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam, id.

Afferre calamitatem.

Vt ne cui innocēti mœror tuus calamitatem afferat, idem.

Importare calamitatem.

Verres Siciliæ multum calamitatis importauit, idem.

Afferre cladem.

Qui riſus claſſe deuicta multas illi lacrymas & Pop. Rom. cladem attulit, idem.

Afferre peſtem.

Quæ domi poſita peſtem atq; exitium Titio *attuliſſet, idem.*

Imponere peſtem, vel importare.

Sententia tua peſtem impoſitura eſt Regibus, idem, pro Deiot. vbi alij legunt importatura.

Afferre detrimentum.

Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret, Cicero.

Ne quid detrimenti fiat, id eſt, iniungatur, idem, Fam.epiſt.226.

Iniungere detrimentum.

Ne quid detrimenti Reip. iniungant, idem, ibid.

Importare detrimentum.

Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentiſsimos importata, idem.

Importare incommodum.

Per eoſdemque, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus, idem, 2.Offic.

Inferre malum.

Multum mali vnicuique noſtrûm inferre poteſt vis Tribunitia, idem.

Inurere malum.

Plurima mala, quæ ab illo Reipublicæ inuſta ſunt, idem.

Illicere in diſpendium.

Amorem multos illexiſſe in diſpendium, Plaut.

Illicere in fraudem.

Tunc homines adoleſcentulos in fraudem illicis, Ter. Andr. Act.5.ſc.4.

Facere damnum.

Qui occaſionem præſtat, ipſe damnum feciſſe videtur, Paulus.

Damnoſum eſſe.

Vnius factum cæteris damnoſum non eſſe debet, Vlpianus.

Lædere.

Is iniuſtè neminem læſit, Cicero.

Nocere

Nocere.

Mihi nihil iam ab iſtis noceri poteſt, idem.

Fraudi eſſe.

Id maiori illis fraudi, quàm tibi futurum, idem, Famil. epiſt. 5.

Obeſſe.

Quid illis adiumento futurum eſſet aut obſuturum nobis, idem.

Officere.

Cur meis commodis officio ſimulato officis? idem.

Facere pauperiem.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, Vlpian.

Incommodum ferre.

Ferre incommodum alicuius, Cicero.

Dare incommodum.

Atque ipſa ſcientia, etiamſi incommoda datura ſit, gaudent, idem.

Sich vnterſtehen einen zuverderben/ einem Schaden zu thun/ Schaden zurichten.

Machinari perniciem.

Sed & pleriſq; ſenatoribus perniciem machinabantur, Saluſt. de Catil.

Machinari peſtem in aliquem.

Peſtem, quam tu in nos omnes iampridem machinaris, Cicero, 1. Catil.

Moliri perniciem.

Perniciem Reip. molientem videmus, idem, 1. Catil.

Moliri peſtem.

Eiecimus Catilinam peſtem patriæ nefariè molientem, Cicero, 2. Catil.

Parare mala.

Cui mala illa parabantur, Saluſt. de Iugurtha.

Schädlich.

Nachtheilig / abbrüchig / verderblich / hochbeſchwerlich / vnglücklich / vnnütz / böß / verhinderlich.

Krieg iſt allen Menſchen ein hochſchädlich vnd verderblich vbel.

Pernicioſus.

Conſilium Reip. pernicioſiſſimum, Cicero.

Exitioſus.

Tam exitioſam habere coniurationem, idem.

Calamitoſus.

Calamitoſiſſimum bellum, idem.

Peſtifer.

Bellum magnum & peſtiferum, idem.

Detrimentoſus.

Cæſar à bello atq; hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat, idem.

Damnoſus.

Ne vnius factum cæteris damnoſum ſit, Vlpianus.

Incommodus.

In rebus eius incommodis ſubleuare aliquem, Cic.

Nocens.

Vites à caulibus, vt à peſtiferis & nocentibus, reſurgere dicuntur, idem.

Noxius.

Nec obediens & noxius ciuis, idem.

Infeſtus.

Adeò longo & infeſto itinere, idem, Famil. epiſt. 211.

So ein langen vnd vnſichern oder gefehrlichen Weg.

Schande.

Schande.

Schmach/Vnehr/böß Gerücht/Schandtfleck/Schmitz.

Trunckenheit iſt an einem Chriſten ein groſſer Schandtfleck.

Probrum.

Vita ruſtica, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere, Cicero, pro S. Roſcio.

Ignominia.

Cum ignominia & dedecore mori, idem.

Dedecus.

Id erat meum factum, flagitij & dedecoris plenum, idem.

Fœditas.

Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo deterret, idem.

Turpitudo.

Nullum eſt maius malum turpitudine, idem.

Labes.

Quanta illa erat Reipub. turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, idem.

Macula.

Hanc maculam nos decet effugere, Terent.

Nota.

Homo inſignis omnibus notis turpitudinis, Cicero.

Deformitas.

Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatē prauitatemq́ʒ veniamus, idem.

Infamia.

Quod priuatarum rerum dedecus nō hæret infamiæ? Conſules flagranti infamia, idem.

Schänden.

Schmähen/läſtern/tadeln/ſchelten/vbel nachreden/zum vnbeſten gedencken/ böſes nachſagen/ an die Ehr reden/verleumbden/ berüchtigen/ ein böſes Gerücht machen/ ſchumpffiren/ ſchmitzen/ ſudlen/ iniuriren/ nichts Guts von einem reden/ an Ehren verletzen / holhüplen/ Schandtbücher außgehen laſſen/ Famoßlibel anſchlagen.

Den Abweſenden ſol man nicht ſchmähen/noch im Rücken ſeiner zum vnbeſten gedencken.

Aſpergere labeculam.

Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aſpergis, Cicero, in Vatin.

Inferre labem, infamiam.

Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur, idem.

Maculis aſpergere.

Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis, idem.

Macula afficere.

Legationis ceremoniam polluere, maculaq́ afficere, idem. pro Roſc. Com.

Imprimere dedecus.

Vt horum iudicum lectione duplex imprimeretur Reip. dedecus, idem.

Sibilis conſcindere.

Conſcindere aliquem ſibilis, idem.

Notam inurere.

Ne qua generi ſuo nota turpitudinis inuratur, idem.

Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? idem, 1. Catil.

Hæc in-

Hæc inuſta eſt à te mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam, idem, 1. Philip.

Turpitudine notare.

Iudicia inſigni turpitudine notata, Cicero.

Inferre turpitudinem.

Inferre turpitudinem alicui, idem.

Infamare.

Ne tua moderatio aliorum infamet iniuriam, idem.

Infligere turpitudinem.

Mihi illa omnia mortalem gloriam dederunt, tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt, idem, in Piſon.

Vituperare.

Syracuſanæ menſæ, quæ à Platone grauiter vituperantur, idem.

Inquinare.

Amicitiam nomine inquinas crimino ſo, idem.

Notare ignominia.

Boni ciues, nulla ignominia notati, idem, Familiar. epiſtola 84.

Lacerare probris.

Laceratusq́ probris in Senatu tribunus, Liuius.

Carpere.

Indignatusq́ hæc tanta merita ſermonibus aliquorum carpi, idem.

Rodere.

Qui more hominum inuident, in conuiuijs rodunt, in circulis vellicant, Cicero.

Maledico dente carpere.

Non illo inimico, ſed hoc maledico dente carpunt, idem.

Mordere.

Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, Terent. *Eunuch. Act.3.ſcen.1.*

Maculare.

Maculare ſplendorem alicuius, Cicero.

Maculam inurere.

Inurere æternas maculas alicui, idem, contra Saluſt.

Inuehi.

Acerbiùs in aliquem inuehi, & eum inſectari vehementius, idem.

In quam liberiùs inuehimur, idem, Fam. epiſt. 258.

Inuadere.

In quo me ab inuidis inuadi ſolere audiui, idem.

Maledicere.

Epicurus Phædoni Socratico turpiſſimè maledixit, idem.

Maledictis vexare.

Aliquem probris omnibus maledictisq́, vexare, idem, pro Flacco.

Dicere in aliquem maledicta.

Cùm omnia maledicta in Clodium dicerentur, id.

Maledictis figere.

Epicurus omnes figebat maledictis, idem, 1. de Nat. Deorum.

Maledicta coniicere in aliquem.

Nec vlla alia coniecta ſunt in eius vitam maledicta, idem, pro Planco.

Criminari.

Conciones illæ, quibus inuidioſè ſententiam meam criminabatur, idem.

Vti criminatione in aliquem.

Criminatio, qua in me abſentem vſus eſt, idem.

Crimina iacere.

Falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum iacere, Cicero.

Crimina inferre.

Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis, idem, de Amic.

Criminibus inſectari.

Néue defenſores calamitoſis criminibus inſectentur, Vlpianus.

Facere conuitium.

Et ei conuitium grande fecerunt, Cicero.

Cùm ei magnum conuitium fieret cuncto à ſenatu, idem, Fam. epiſt. 194.

Ante ædes non feciſſe, erit melius, hîc conuitium, Terentius.

Conuitijs inſectari.

Inſectari aliquem conuitijs, Cicero.

Conuitium dicere.

Siue conuitium dicant, Vlpianus.

Contumelioſè dicere.

Cùm de abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſéq; dicitur, Cicero, 1. Offic.

Contumelia vexare.

Epicurus Nauſiphanem vexat omnibus contumelijs, idem.

Contumelia onerare.

Contumeliæ, quibus me onerat, idem, Fam. epiſt. 60.

Iacere contumeliam.

In quem cùm cuperes, nullam contumeliam iacere poteris, idem.

Lacerare contumelia.

Verborum contumelijs aliquem lacerare, idem.

Contumelia inſequi.

Homines beneuolos graue eſt inſequi contumelia, Cicero.

Contumelia afficere.

Et antea pari contumelia viros clariß. affecerant, id. Fam. epiſt. 257.

Intorquere contumelias.

Alterius enim verſib. intorquentur inter fratres grauiſsimæ contumeliæ, idem.

Laceſſere famam.

Idemq́; eſt, ſi fama eius, cuius hæredes exiſtimus, laceſſatur, idem.

Ingerere probra.

Occurſant portis, ingerunt probra, Liuius.

Afficere ignominia.

Qui ignominia mortuum affecerit, Cicero.

Si adoleſcens nobilis & potens à te ignominia affectus ſit, idem, Fam. epiſt. 28.

Libſum ad infamiam ſcribere.

Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, Vlpianus.

Si ſcripturam in notam aliquorum produxerit, id.

Dedecorare.

Quæ me & te & familiam dedecoras, Terent. Hecyr. Act. 2. ſcen. 1.

Scheyden.

Die Ehe trennen/ einen Scheydsbrieff ſenden/ verlaſſen/ die Ehe brechen.

Die Gott zuſamen gefüget hat/ ſol der Menſch nicht ſcheyden.

Mittere

Mittere repudium.

Vt repudium tibi ſine vlla querela miſero.

Repudium remittere.

Cùm alteri repudium remiſerint, Terentius, Phorm. act. 5. ſc. 8.

Facere diuortium.

Diuortium factum per me probabitur, Paulus.

Dirimere matrimonium.

Dirimere matrimonium diuortio, idem.

Diſtrahere matrimonium.

Diuortium dictum eſt, quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium, Caius.

Soluere matrimonium.

Soluto matrimonio ſolui dos mulieri debet, Vlpian.

Diſſoluere matrimonium.

Vt nullius culpa videatur eſſe matrimonium diſſolutum, idem.

Dare libellum diuortij.

Si pœnituit eum, qui bellum diuortij tradendum dedit, Caius.

Repudiare.

Iulianus quærit, an furioſa repudium mittere vel repudiari poſsit, idem.

Remittere nuncium.

Illud dubio procul obſeruatur, eam perſonam, quæ furore detenta eſt, nuncium remittere non poſſe, Vlpianus.

Neque nuncium priori remiſiſſet, Cicero. 1. de Orat.

Suas res ſibi habere iubere.

Ille vxorem ſuam ſuas res ſibi habere iuſsit, Cicero.

Schla=

Schlagen.

Schmeiſſen/klopffen/die Handt anlegen/verletzen/verwunden/hauwen/ſtechen/ſtreichen/ein Streych geben / deß Herrgotts mit eim ſpielen/ Wunden ſchlagen/abſchmiren.

Er iſt hart geſchlagen/vnd auff den Todt verwundet.

Pulſare.

Pueri tui modò me pulſarunt, Cicero.

Verberare.

Sex lictores circumſiſtunt Valentiſsimi, ad pulſandos verberandosq́; homines exercitatiſsimi, idem, 6. Verr.

Ferire.

Aduerſarius qui ſit feriendus & repellendus, idem.

Percutere.

Deinde gladio percuſſus eſt ab vno de illis, idem.

Cædere.

Serui ad ſupplicium cæſi, verberibus trahuntur, id.

Fuſtem impingere.

Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet, id. Fam. epiſt. 143.

Infigere gladium.

Cùm Africanus gladium hoſti in pectus infixit, idem.

Gladio iugulare.

Eius exempla extant cùm apud Terent. *in Adelphis, tum apud* Cicer. *in epiſtola quadam ad* Attic. *quamuis vtroque in loco impropriè.*

Tundere.

Cùm illi iacenti latera tunderet, idem.

Infringere colaphos.

Plus quingentos colaphos infregit mihi, Terent. Adel. Act. 2. ſcen. 1.

Ducere

Ducere pugnum alicui.

Si cùm ſeruo meo pugnum ducere vellem, in proximo ſeſtantem inuitus percuſſerim, Paulus.

Pugnis conſcindere.

Conſcindere aliquem pugnis & calcibus, Cicero.

Sauciare.

Ipſe Rubrius in turba ſauciatur, ſerui nonnulli vulnerantur, idem.

Vulnerare.

Tribuni ſanctißimum corpus vulneratum ferro vidiſtis, idem.

Imponere plagam.

Imponere plagam inſanabilem alicui, idem.

Infligere vulnus.

Quæ meus diſceſſus Reip. vulnera inflixit, idem.

Infligere plagam.

Hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſe Reipub. idem.

Schnelliglich.

Behend/ von ſtundan/ alsbaldt/ rüſch/ fluchs/ eylend/ on verzug/ im Fußſtapffen/ in eyle.

Dem fürſtehenden Vnglück muß man ſchnelliglich vnd on lengern verzug zuvor kommen.

Continuò.

Ignis in aquam iniectus, continuò extinguitur, Cic.

Confeſtim.

Rem confeſtim gerendam cenſeo, idem.

Sine mora.

Rem adminiſtrandam arbitror ſine vlla mora, idem.

Abiecta cunctatione.

Abiecta omni cunctatione adipiſcendi magiſtratus ſunt, idem, 1. Officiorum.

Feſtinan-

Feſtinanter.

Brunduſium proficiſcens feſtinanter, Cicero.

Omni feſtinatione.

At inde ventis remiſq́ in patriam omni feſtinatione properaui, idem.

Celeriter.

Vt eò celeriùs de iſto tranſigamus, idem.

Curſim.

Alter in Aſiam irrupit curſim, idem, 11. Philip.

Curriculò.

Curriculò percurre, Terent. in Heautont.

Citò.

Hoc citò & curſim eſt agendum, Plautus.

Raptim.

Raptimq́ cum equitatu profectus, Romanos compulit ad naues, Liuius.

Properè.

Suſpicatus id quod erat, receptui properè cecinit, Cæſar.

Haud cunctanter.

Repentè, ſubitò, haud cunctanter, Liuius.

Extemplò.

Miſſus extemplò eò cum omnibus copiis equitum A. Poſthumius, idem.

Dictum factum.

Dictum factum huc abiit Clitipho, Terent.

Statim.

Literas ſcripſi ſtatim, vt tuas legerem, Cicero.

E veſtigio.

E veſtigio eò ſum profectus prima luce, idem.

Quamprimùm.

Gratiſſimum mihi feceris, ſi quamprimùm ad me veneris, idem.

Ex conti-

Ex continenti.

Ex continenti acceptis literis meis veni, Scæuola.

Quàm maturrimè.

Quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat, Cæſar.

Sic Cic. 3. de Orat. Quippe, qui omnium maturrimè ad publicas cauſas acceſſerint.

Maturiſſimè.

Nam vt quæq; res eſt turpiſſima, ſic maximè, & maturiſſimè iudicanda eſt, idem, pro Cecin.

Schreiben.

Auffmercken/ verzeychnen/ auffs Papyer bringen/ der Federn befehlen/ anzeygen/ in Schrifften verfaſſen.

Die Teutſchen haben nicht ſo fleiſsig/ als die Griechen vnd Rōmer/ jre Hiſtorien verzeychnet/ vnd in Schrifften verfaſſet.

Scribere.

Et ita Marcellus lib. 13. ſcribit, Vlpian.

Literis mandare.

Mandare literis ſermonem aliquorum, Cicero.

Apollonius tuas res literis Græcis mandare cupiebat, idem, Fam. epiſt. 288.

Prodere literis.

Conſolationes, quæ ſunt à ſapientiſſimis viris memoriæq; & literis proditæ, idem, Fam. epiſt. 73.

Literis cuſtodire.

Cuſtodire literis, quæ à ſummis viris dicta ſunt, idem.

Conſcri-

Conſcribere literis.

Tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? Cicero.

Tradere memoriæ.

Mandare literis cognationes ſuas, & tradere memoriæ, idem, 1. Tuſc.

Prodere memoriæ.

Cùm ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis, idem, Fam. epiſt. 90. & 73.

Mandare libris.

Inſtituenti mihi ſermonem adferre, et mandare huic tertio libro, idem.

Mandare ſcriptis.

Mandare ſcriptis actiones ſuas, idem.

Scriptis ſermones immortalitati tradere.

Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, idem.

Libris complecti.

Libris quibus iſte omnem rerum memoriam complexus eſt, idem.

Exarare literas.

Hoc literarum exaraui egrediens è villa ante lucem, idem.

Literas facere.

Quidam ad creditorem literas eiuſmodi fecit, Scæ.

Schreyen.

Ruffen/weynen/heulen/trawren/vbel halten/wehklagen/die Augen gehen jm vber/ die Thränen flieſſen herfür.

Für groſſen Freuden giengen jhm die Augen vber.

Lacryma-

Lacrymare.

Te, vt à me diſceſſeras, lacrymâſſe moleſtè ferebam, Cicero.

Effundere lacrymas.

Lacrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti, idem.

Profundere lacrymas.

Equidem magnam vim lacrymarum profudi, idem, in Catone Maiore.

Lacrymæ cadunt.

Homini illico lacrymæ cadunt, Teren. Adelph.

Lacrymæ præſiliunt.

Vt præ lætitia lacrymæ præſiliunt mihi, Plautus.

Plorare.

Senatum pro me plorare prohibuerunt, Cicero.

Dedere ſe lacrymis.

Si ſe lamentis muliebriter lacrymisq́ dedat, idem.

Tradere ſe lacrymis & triſtitiæ.

Sin autem lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti, idem, Fam. epiſt. 71.

Lamentari.

Lamentari vxorem videbam, idem.

Eiulare.

Aſpice Philoctetam magnitudine dolorum eiulantem, idem, de Aruſp. reſponſ.

Flere.

Flebat vterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius, idem.

Schüldig ſeyn.

In Schuldt ſtecken / in Schuldt kommen / zu thun ſeyn / mit Schulden beſchweret ſeyn / in Schulden vertiefft ſeyn.

Ein Reſt ſchüldig bleiben.

Er iſt mehr ſchüldig/ dann er bezahlen kan.

Debere nummos, pecuniam.

Is debet mihi multos nummos. Et Nicenſes pecuniam grandem debent, Cicero.

Huic pecuniam debet Pub. Cornelius, idem, Familiar. epiſt. 286.

Ære alieno oppreſſum eſſe.

Galliam ære alieno oppreſſam eſſe, idem.

Nemo non modo Romæ, ſed ne vllo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non, &c, idem, 2. Catilin.

Æs alienum alteri creſcere.

Metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret, idem.

Incidere in æs alienum.

In magnum æs alienum incidi, idem.

In tantum æs alienum inciderunt, idem, 2, Catil.

Æs alienum conflare.

Aes alienum grande conflauerat, Saluſt. de Catil.

Eſſe in ære alicuius.

Multi anni ſunt, cùm ille in meo ære eſt, Cicero.

Æs alienum contrahere.

Nam etſi nouum æs alienum contraxiſſet, Vlpian.

Quorum æs alienum contractum, Cic. 2. Catil.

Animam debere.

Quid ſi animam debet? Terent. Phorm. Act. 4. ſc. 3.

Reliquari.

Si filius in muneribus publicis reliquatus eſt, Vlpian.

Ære alieno premi.

Qui quanquam premuntur ære alieno, Cicero, 2. Catilin.

Sehen.

Sehen.

Anſchauwen/anſehen/beſehen.
Gott der ſihet vnd hóret alle ding.

Videre.

A porta Exquilina video villam tuam, Cicero.

Cernere.

Ne nunc quidem oculis cernimus quæ videmus, idem.

Aſpicere.

Aſpicite ipſum, contuemini os, idem.

Contueri.

Me rogas, cur te duobus contuear oculis, idem.

Inferre oculos.

Age nunc verò inferte oculos in curiam, idem.

Introſpicere.

Introſpicite penitus in omnes Reipub. partes, idem.

Contemplari.

Contemplari oculis pulchritudinem cœli, idem.

Inſpectare.

Vtinam inſpectare poſſes timorem de illo meum, id. ad Brutum.

Meq; inſpectante, idem, Fam. epiſt. 9.

Inſpicere.

In beſtijs vis naturæ inſpici poteſt, idem.

Intueri.

Amicum qui intuetur, tanquam aliquod exemplar intuetur ſui, idem, de Amicit.

Spectare.

Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur, idem.

Schlafen.

Ruhen / zur Ruhe begeben/ ſchlafen gehen/ zu Betth gehen/ ſchlummern.

Wem Land vnd Leut zu regiern befohlen ſind/ der ſol nicht die gantze Nacht ſchlafen.

Dormire.

Iacet enim corpus dormientis vt mortui, Cicero.

Somnum videre.

Somnum ego herclè hac nocte oculis non vidi meis, Terent. Heaut. Act. 3. ſc. 1.

Qui ſuo toto conſulatu ſomnum non vidit, idem, Famil. epiſtola 131.

Dormitare.

Ad lucem deniq; arctè & grauiter dormitare cœpit, Cicero.

Somnum capere.

Ego ſi ſomnum poſſum capere, tam longis te epiſtolis non obtunderem, idem.

Quod Themiſtocles ſomnum capere non poſſet, idem. 4. Tuſculan.

Somnus eum complectitur.

Deinde vt cubitum diſceßimus, me arctior quàm ſolebat, ſomnus complexus eſt, idem, in ſomn. Scip.

Stertere, ſtertui ſine ſupino.

Per me vel ſtertas licet, idem.

Stertit noctesq; & dies, Teren. Eunuch. Act. 5. ſc. 9.

Capere quietem.

Atque ita paulùm modò reclinatæ quietem capiunt, Cæſar.

Ire ad quietem.

Si ad quietem integri iremus, Cicero, 1. de Diuin.

Somno ſe dedere.

Epulati ſomno ſe dederunt, idem, 3. Tuſcul.

Somnum

Somnum repetere.

Deinde ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus ſum, idem.

Vti ſomnos

Niſi iucundiſſimis nos ſomnis vſuros putemus, Cic.

Quieti ſe tradere.

At qui moderato victu quieti ſe tradiderit, idem, 1. de Diuinat.

Dare quieti.

Cùm iam quieti corpus dedit, idem.

Somnus aliquem opprimit.

Somnus eam opprimit, Teren. Eunuch. Act. 3. ſc. 5.

Sóndern.

Theilen/ſcheyden/ſpalten/in Stück ſchneiden/ in Artickel ſetzen/vnterſcheyden/außtheilen.

Er hat ſeine Oration in drey Häuptartickel getheilet.

Diſpartiri.

Iuriſconſulti quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpartiuntur, Cicero.

Diſpertire.

Diſpertire orationem in membrã, idem.

Partiri.

Idq; ipſum in ea, quæ dicunt, membra partitus eſt, idem.

Partire.

Sed paulò ſecus à me atq; ab illo partita ſunt, idem.

Diuidere.

Fluuius diuiſus æqualiter in duas partes, idem.

Secare.

Omne corpus ſecari a. diuidi poteſt, idem.

 Diſtribuere.

Diſtribuere.

Eſt enim animus in partes diſtributus duas, idem.

Partibus diſtribuere.

Res aliquas partibus diſtribuere, idem.

Facere membra.

Deinde faciunt quinque quaſi membra Philoſophiæ. Idem.

Facere partes.

Etiam ſuam perſonam numeret in partib. faciendis. Vlpianus.

Facere partitionem.

Græcos partitionem quandam artium feciſſe video, Cicero, 1. de Orat.

Abſtrahere in partes.

Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt, Saluſtius, de Iugurth.

In articulos deducere.

Summa rerum diuiſio in duos articulos deducitur, Caius.

Diuiſionem facere.

Diuidere & diuiſionem quandam facere, Vlpian.

Scindere in partes.

Sed & loci vnius controuerſia in partes ſcindi adiudicatione poteſt, Paulus.

Deducere in partes.

Aequius erit in partes tres hæreditatem deduci, Iulianus.

Portiones facere.

Portiones collationum erunt faciendæ, Vlpia.

Digerere.

Si quis omne ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt, Cicero.

In genera

In genera diſtrahere.

Eos video in duo genera diſtractos, Cicero, Familiar. epiſtola 9.

Spotten.

Hŏhnen/verlachen/ veriren/ ſeinen Hohn auff einen haben/ das Maul auffwerffen/ verachten.

Wer den Dürfftigen ſpottet/ der hŏhnet ſeinen Schŏpffer.

Deridere.

Quare iſtos omnes deridete atq; contemnitè, Cicero.

Deludere.

Deludi voſmet ipſos diutius ab iſto patiemini? idem.

Irridere.

Sed vos ab illo irridemini, id. 4. Acad. Excipere aliquẽ sibi

Eludere.

Et ipſi illum viciſsim eluditis, id. ibid.

Quamdiu nos etiam furor iſte tuus eludet, idem, 1. Catilin.

Illudere.

Carneades Rhetorum præcepta illudere ſolebat, idem.

Ludere.

Domitius in Senatu luſit Appium, idem.

Ridere.

Cùm riſeritis impudentiam hominis, idem.

Ludificare.

Quid ludificas me? Plautus.

Ita belli modò, modò pacis mora conſulem ludificare, Saluſt. de Iugurth.

Habere in ridiculo.

Præpotentes, ſoror, fuimus, neque à iuuentute ibi in ridiculo habitæ, idem.

Pro ridiculo putare.

Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat, Ter.

Habere ludibrio.

Qui lubet ludibrio habere me, Plautus.

Ita populus ludibrio habitus ex concione diſceßit, Saluſt. de Iugurth.

Ludibrio eſſe alicui quippiam.

Quibus mihi videntur diuitiæ ludibrio fuiſſe, idem, de Catilin.

Sterben.

Den Todt leiden / die Tage ſeines Lebens beſchlieſſen / in Chriſto entſchlafen / in Gott verſcheyden / die Schuldt der Natur bezahlen / auß dieſem Elend fahren / durch den Todt in das Leben hindurch dringen / auß dieſer Welt vnd Jammerthal ſcheyden / den Geiſt auffgeben / ſein Leben enden / dem die Seel außgehet / in den Todt gehen / auß dieſem Leben ſcheyden.

Wir ſcheyden auß dieſem Leben / nicht als auß einer Wohnung / ſondern als auß einer Herberg.

Mori.

Sapientißimus quiſque æquißimo animo moritur, Cicero.

Paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit, id. Fam. epiſt. 47.

Capere mortem.

Mors quæ ob Rempublic. capitur, miſeranda non eſt, idem.

Obire mortem.

Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt, idem.

Is obijt

Is obijt mortem, Terent. Andr. Act. 1. ſcen. 3.

Morti ſe offerre.

Vir fortis acriter ſe morti offerens, Cicero.

Morte occumbere.

Vt eſſet, qui pro patria morte non dubitaret occumbere, idem.

Morte defungi.

Honeſta morte defungi, Curtius.

Cic: Exhaurire poenam mortis [illegible].

Emori.

Pro Pompeio emori poſſum, Cicero.

Exequi mortem.

Neceſſe eſt hodie Sycioni me eſſe, cras mortem exequi, Plautus.

Mortem commutare.

Mortem cum vita commutauit, Cicero, Familiar. epiſtola 47.

E vita abire.

Cato ſic abijt è vita, vt cauſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet, idem.

Exire de vita, idem, de Amicitia.

Amittere vitam.

Per ſummum dedecus vitam amittere, idem.

Quàm vitam per dedecus amittere, Saluſt. de Cat.

Animam amittere.

Cauete ne inulti animam amittatis, idem, de Catil. qua phraſi Plautus etiam vſus eſt.

E vita cedere.

Hortenſius è vita ceſſit, Cicero.

Vita fungi.

Si dominus cum ſeruis ſimul vita functus ſit, Martianus.

De vita decedere.

Qui iam de vita deceſſerunt, Cicero.

Diſcédere à vita.

A vita quidam per inediam diſcedens, idem.

E' vita diſcedere.

Ex vita iſta diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo, idem, in Catone Maiore.

Si ei contigiſſet, vt ante te videret, quàm è vita diſcederet, idem, Fam. epiſt. 13.

Diem ſuum obire.

Paulò ante lucem Marcellum diem ſuum obijſſe, id. Fam. epiſt. 54.

Quæ ſi non hoc tempore diem ſuum obijſſet, idem, Fam. epiſt. 47.

Emigrare.

Emigrare è vita, Recedere à vita, *Ex vita migrare, idem.*

Excedere vita.

Sed ad eos, qui vita exceſſerunt, reuertamur, idem.

Cùm Reſpub. *occideret, vita exceßiſſe, idem, Famil. epiſtola 47.*

E' vita excedere.

Quaſi cùm exceßiſſet è vita, tum deniq; victurus eſſet, idem, in Catone Maiore.

Vitam ponere.

Si in hac adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, idem.

Finem vitæ facere.

Nunc quoniam natura mihi finem facit vitæ, Saluſt. de Iugurth.

Vitam corpore ſecludere.

Quid magis in rem eſt meam, quàm corpore vitam ſecludam? Plaut.

Agere animam, efflare animam.

Nam & agere animam & efflare dicimus, Cicero.

Quin. Hortenſius animam agebat, idem, Familiar. epiſtola 148.

Edere animam.

Edere animam, amittere animam, id eſt, mori, id.

Animam profundere.

Qui in cauſa animam profudit, idem.

Vitam profundere.

Qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, &c. id. Fam. epiſt. 4.

Qui non modò pecuniam, ſed vitam etiam profundere pro patria parati eſſent, id. 1. Officiorum.

Oppetere mortem.

Etiamſi oppetenda mors eſſet, idem, Fam. epiſt. 49.

Pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, idem, 1. Officiorum.

Animus ex corpore excedit.

Vt cùm animus ex corpore exceſſerit, idem, 1. de Diuinat.

Animam relinquere.

Denique animam relinquam potiùs quàm illos deſeram, Terent.

Anima deficit quem.

Hac agentem anima deficit, corpusq́; ex equo delapſum... kit in terram, Curtius.

Edere ſpiritum.

Cuius in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum ediderim, Cicero.

Emittere

Emittere ſpiritum.

Nec apparet quis antè ſpiritum emiſerit, Martian.

Ponere ſpiritum.

Et ſiquidem poßit apparere quis antè ſpiritum poſuerit, expedita eſt quæſtio, Vlpian.

Expirare.

Duo Romani expirantes corruerunt, Liuius.

Obdormiſcere.

Quid meliùs quàm in medijs vitæ laboribus obdormiſcere? Cicero, 1. Tuſcul.

Conſopiri.

Et ita ſomno conſopiri ſempiterno, idem, ibid.

Occidere, extingui.

Extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur. idem.

Perire.

Varus ſummo cruciatu perijt, idem.

Cadere.

Multis vulneribus acceptis cecidit, Cæſar.

Naturæ ſatisfacere.

Naturæ ſatisfecit, id eſt, mortuus eſt, Cicero.

Naturæ concedere.

Pater vti neceſſe erat, naturæ conceßit, Saluſtius, de Iugurtha.

Morbo abſumi.

Fratribus morbo abſumptis, idem, de Iug.

Decedere.

Si abrogator deceſſerit impubere relicto filio, idem.

Diem fungi.

Diem functo legato Cæſaris, Papin.

Humanum contingere.

Cùm ſalua ſanáue venero, reſtitues mihi: cæterùm ſi aliquid mihi humanum contigerit, filio meo, Paulus.

Accidit

Accidit aliquid alicui humanitus.

Si quid mihi humanitus accidiſſet, Cicero, 1. Philipp.

Exitum facere.

Satis ſe conſecuturum putaſſe, vt inteſtati exitum faceret, Marcellus.

Exitum vitæ inuenire.

Ita ille dignum moribus factisq; ſuis exitum vitæ inuenit, Saluſt. de Catil.

Ab hominibus eripi.

Quod principi relictum eſt, qui antequam dies Legati cedat, ab hominibus ereptus eſt, ſucceſſori eius debetur, Caius.

Inter homines eſſe deſinere.

Si Auguſtæ legaueris, & ea inter homines eſſe deſierit, deficit quod ei relictum eſt, Papin.

Ab hac luce ſubtrahi.

Quando ab hac luce fuerit ſubtractus maritus, Vlp.

Straff leiden.

Geſtrafft werden/ gebüßt werden/ Straff empfangen/gelten/bezahlen/Buß geben.

Die Oberkeit ſol die böſen Buben ſtraffen/vnd die Frommen ſchützen.

Animaduertere.

Crudeliter animaduertere in aliquem, Cicero.

Mulctare.

Populus Gaditanus hunc mulcta & pœna mulctauit, idem.

Expetere pœnas.

Deos pœnas ab aliquo ob aliquod delictum expetere, idem.

Mulctari

Mulctam irrogare.

Ne mihi præſenti mulcta irrogaretur; Cicero.

His diem dicam, irrogabo mulctam, Plaut. in Capt.

Plectere.

Aemilius fecit, plectitur Rutilius, Cicero.

Pœnas repetere.

Furiæ, quæ parentum pœnas à filijs repetunt, idem.

Afficere pœna.

Tantaq́ pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasq́ patitur, idem.

Principibus ſceleris pœna affectis, idem, 1. Philip.

Irrogare pœnam.

Vel ſic quam pœnam irrogauit, Vlpianus.

Statuere pœnam.

Etiam metalli pœna in eum ſtatui ſolet, idem.

Improbis autem pœna ſtatuenda eſt, Cic. de Amic.

Exigere pœnam.

Nec vna pœna exacta, altera tollitur, Vlpian.

Iniungere pœnam.

Iis qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria, idem.

Punire.

Tu eum ſupplicio puniendum putauiſti, Cicero.

Vindicare.

Talis conſenſio omni ſupplicio vindicanda eſt, idem, de Amicitia.

In bello ſæpius vindicatum eſt in eos, Saluſtius, de Catilin.

Sumere ſupplicium.

Qui patris vlciſcēdi cauſa ſupplicium de matre ſumpſerunt, Cicero.

Supplici-

Supplicium conſtituere.

Quædam ſupplicia antiqui impijs conſtituta eſſe voluerunt, Cicero, 4. Catil.

Admiſſum exequi.

Sciat me admiſſum ſeuerius executurum, Vlpianus.

Maleficium perſequi.

Nam cætera maleficia tum perſequare, vbi facta ſunt, Saluſt.

Corrigere.

Præfectus vrbi aditus pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare ſolet, Vlpianus.

Exigere vindictam.

Si quid vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur, idem.

Sumere vindictam.

Aliter de libero vindicta ſumitur, idem.

Mactare ſupplicio.

Capitis pœna plectuntur, aut vltimo ſupplicio mactantur, Modeſtinus.

Aeternis ſupplicijs viuos mortuosq; mactabis, Cicer. 1. Catilin.

Atrociter exequi, coërcere.

Prætor atrociter exequi hanc rem debet, & eos qui iniuriam fecerunt, coërcere, Vlpian.

Coërcere ſupplicio.

Acrioribus ſupplicijs ciuem pernicioſum, quàm acerbiſſimum hoſtem, Cicero, 1. Catilin.

Supplicio afficere.

Corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur, idem.

Grauiter

Grauiter exequi.

Hanc rem præſides exequi ſolent grauiter, vſq; ad pœnam capitis, Vlpianus.

Seuerius interuenire.

Aduerſus eos, qui cadauera ſpoliant, præſides ſeuerius interuenire debent, idem.

Straff leiden/ außſtehen.

Luere pœnam.

Cicero & Horatius dixerunt.

Luere ſupplicia.

Luere ſupplicia crucibus, Iuſtinus.

Pendere pœnam.

Cicero & Saluſtius de Iugurthino bello.

Perſoluere pœnam.

Cicero de Amicitia.

Dare pœnam.

Paſsim Cicero & Saluſt. de Cat. Morte pœnas dedit.

Diſſoluere pœnam.

Cicero 1. Tuſculan.

Streben.

Darnach ſtehen/ all ſein Sinn vnd Fleiß darauff ſchlagen/darnach dencken/darnach trachten/ fleiſsig darnach ſeyn/darnach ringen vnd gaffen/ graben.

Dencke nicht vber dein Vermögen.

Grabe nicht nach Vnglück/ du wirſt es wol finden.

Affectare.

Omni diligentia munditiam non affluentem affectabant, Cicero.

Appetere.

Appetere.

Nónne arbitramini paucis annis fuiſſe conſulum nomen appetituros? idem.

Petere.

M. Curtius Tribunatum à Cæſare petiuit, idem.

Expetere.

Nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi laudem ac honeſtatem, idem.

Niti.

Optimi cuiuſq; animus ad immortalem gratiam nititur, idem, in Catone Maiore.

Per latrocinia potius, &c. ad imperia & honores nituntur, Saluſt. de Iugurth.

Eniti.

Omnibus meis facultatibus enitendum mihi eſt, Cic.

Conniti.

Quantum conniti animo poteſ, tantum fac vt efficias, id. 3. Offic.

Contendere.

Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudÿs contendere debent, id. 2. Officiorum.

Spectare.

Quod ipſe ad imperatorias laudes à puero vel ſpectares, idem.

Graſſari.

Qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, Saluſt. de Iugurth.

Strauchelн.

Fallen/ſtürtzen/glitſchen/ nider fallen/zur Erden ſincken.

Wer ſtehet/der ſehe zu/ daß er nicht falle.

Diſturbare.

Pontes diſturbat, ciſtas deijcit, Cicero.

Præcipitare.

Qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus dicerent, idem.

Agere præcipitem.

Si ſaxis aliquem de fundo præcipitem egeris, idem.

Aliquis manu demotus & actus præceps, idem.

Proſternere.

Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus, idem.

Sündigen.

Vbel thun/ mißhandeln/ vberfahren/ fallen/ vnrecht thun/ verwircken/ vber die Schnur hauwen/ die Wildbahn brechen/ vergreiffen/ verſchulden/ trüben/ vnrechte Wege gehen/ auff den Weg der Sünder tretten/ Schandtlaſter/ Vbelthat begehen/ in Schandt vnd Laſter fallen/ vberſchreiten/ vbertretten/ zu viel thun/ in Sünden ſtecken/ Schalckheit treiben/ mit Sünde vnd Laſtern ſich beſudeln.

Nicht mehr ſündigen/ iſt die höchſte Buß.

Peccare.

Nunquam eſt vtile peccare, quia ſemper eſt turpe, Cicero.

Delinquere.

Lex vt condemnetur filius, ſi pater deliquiſſet, idem.

Patrare.

Quæ C. Verres in Aſia patrauit, idem.

Admittere ſcelus, flagitium.

Aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret, idem.

Admittere dedecus.

Admiſſum dedecus confitebor, Cic. Fam. epiſt. 39.

Incurrere in dedecora, idem.

Delabi in vitium.

Delabi in aliquod vitium, obire facinus, incidere in peccatum, idem.

Ruere in malum.

Quidam in malum ſcientes ruunt, idem.

Conſciſcere facinus.

Facinus in ſe ac ſuos fœdum ac miſerum conſciſcunt, Liuius.

Facere facinus.

Nunquam quicquam facinus feci prius neq; ſceleſtius, Plautus.

Neque quantum facinus feceris, Cicero, Familiar. epiſtola 19.

Patrare facinus.

Peßimum facinus patratum foret, Saluſt. de Cat.

Nequiter facere.

Qui fecerit illud tam nequiter, idem.

Facere perperam.

Eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirandum, idem.

A` bono in prauum malum abſtrahi.

Magnitudine pecuniæ à bono honeſto in prauum abſtractus eſt, idem.

Deſignare.

Modò quid deſignauit? Terent.

Facere tupiter.

Nam herclè abs te factum eſt turpiter, idem.

Anne turpiter faceret? Cicero, 3. Offic.

Facere prauè.

Nequeo ſatis quàm hoc mihi videtur factum prauè, proloqui, idem.

Conficere flagitium.

Dum aliquid aliud flagitij conficiat, idem.

Contrahere delictum.

Lex eſt delictorum, quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, Papin.

Rem illicitam facere.

Cum Iberio loquaris, ne rem illicitam faciat, Proculus.

Rem non permiſſam facere.

Nec Iberium de ea re dubitare puto, quòd rem non permiſſam faciat, idem.

Culpam committere.

Si qua culpa commiſſa eſt, Cicero.

Malè facere.

Nihil eo conſule malè factum, id. Fam. epiſt. 131.

Sünde.

Vbertrettung/ Vberfahrung/ Miſſethat/ Verwirckung/ vbelthat/ Boßheit/ Büberey/ Schalckheit/ Laſter/ böſe That/ Schande.

Die Sünde verwundet wie ein ſcharpffes Schwerdt.

Peccatum.

Peccatum eſt prodere gratiam, Cicero.

Commiſſum.

Enunciare commiſſa, prodere conſcios, idem.

Admiſſum.

Sciat me admiſſum ſeuerius executurum, Vlp.

Delictum.

Quò delictum maius, eò pœna eſt tardior, Cicero.

Crimen.

Crimen.

Ingrati animi crimen horreo, Cicero.

Maleficium.

Supplicia pro maleficijs ſuis metuere, idem.

Facinus.

Voluntario facinori veniam dari non oportere, idem.

Flagitium.

Quod flagitium à toto corpore vnquam abſuit? id.

Scelus.

Infeſtum ſcelus & immane, conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum, idem.

Schwanger.

Schweres Leibs/mit einem Kind gehen/nahe bey der Geburt ſeyn.

Ein ſchwanger Weib hat mancherley Gelüſten.

Ventrem ferens.

Ignorans nurum ventrem ferre, Liuius.

Prægnans.

Is vxorem ſuam interrogauit, eſſétne prægnans, Cicero, pro Cluent.

Grauida.

Cùm mulier eſſet grauida, etiam appropinquare partus videretur, idem, pro Cluent.

Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt, Teren. Adel. Act. 3. ſcen. 4.

Ad pariendum vicina.

Latona iam ad pariendum vicina, Cicero.

Fœta.

Terra fœta frugibus & vario leguminum genere, idem.

Plena.

Et cùm te pulchrè plenam aſpicio, gaudeo, Plautus.

Vter illi extumet.

Equidem vterum illi, quod ſciam, nunquam extumere ſenſi, idem.

Graui vtero.

Qui graui vtero vxorem eſſe ignorabat, Papinian.

Swächen.

Beyſchlafen / ſchänden / zu Fall bringen / die Jungfrawſchafft nemmen / der Jungfräwlichen Ehre berauben / ſchwanger machen / Fleiſchlich vermiſchen / erkennen.

Wer eine Jungfraw ſchwächet / der ſoll ſie zur Ehe nemmen / oder außſtewren.

Stuprare.

Qui tot ingenuas matresfamiliâs ſtuprauit, Cicero, Fam. epiſt. 67.

Inferre ſtuprum.

Gyges Reginæ ſtuprum intulit, idem, 3. Offic.

Offerre ſtuprum.

Tarquinius ſtuprum Lucretiæ obtulit, idem.

Spoliare pudicitiam.

Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, idem.

Expugnare, eripere pudicitiam, idem.

Vim adferre.

Tanquinius vim Lucretiæ attulit, idem.

Facere ſtuprum.

Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit, idem, pro Milon.

Multa nec

Multa nefanda ſtupra fecerat cum virgine nobili, Saluſt. de Catil.

Quod nefarium ſtuprum non per illum factum, Cic. 2. Catilin.

Coire ſtupro.

Liberos coniugesq́; cum hoſpitibus ſtupro coire parentes maritiq́; patiuntur, Curtius.

Violare.

Violare virginitatem alicuius, Cicero.

Offerre vitium.

Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſſimum, Terent. Adelph. Act. 3. ſc. 1.

Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat, idem, ibid. Act. 3. ſc. 2.

Addere vitium.

Quin pudicitiæ huius vitium, me hîc abſente, eſt additum, Plaut. in Amphit.

Vitiare.

Virginem, quàm heræ dono dederat, miles vitiauit, Terentius, in Eunuch.

Comprimere.

Te eam compreſſiſſe violentum virginem, idem.

Pellere pudicitiam.

Planè hic eſt, qui mihi in Epidauro penitus pudicitiam pepulit, Plautus.

Deuirginare.

Præſes cùm agnoſcit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, Paulus.

Ludificare virginem.

Poſtquam ludificatus eſt virginem, Terent.

Expugnare decus muliebre.

Profectusq́ inde Tarquinius ferox, expugnato decore muliebri, eſſet, Liuius.

Schweigen.

Den Mundt halten/ ſeine Zung bewahren/ die Lippen zähmen/ verſtummen/ nicht reden/ ſtill ſchweigen/ kein Wort ſprechen/ verſchweigen.

Wer ſchweiget/ den helt man darfür/ daß er bewilliget hab.

Tenere ſilentium.

Communi tamen metu cogente ſilentium, tenet, Liuius.

Conticere.

Recitatis literis conſcientia conuictus, conticuit, Cicero, 3. Catil.

Tacere.

Quæ vera audiui, taceo & contineo optimè, Terent. Eunuch. Act. 1. ſc. 2.

Continere linguam.

Linguam omnibus eſſe continendam, Cicero.

Reticere.

Hic cùm Sulpitius reticuiſſet, inquit Craſſus, idem.

Silere.

Silebitur de maximis iſtius factis, idem.

Silentio præterire.

Ac ne hoc quidem videtur mihi ſilentio prætereundum, idem.

Silentio præterire non fuit conſilium, Saluſt. de Cat.

Et præterire abſolutè.

Quæ præterea prouiderim, prætereo, Cicero, Famil. epiſtola 84.

Habere

Habere ſilentium.

Quàm maximum ſilentium habere iubet, Saluſt.

Silentium.

Et cæteris ſilentium fuit, Cicero.

Compeſcere linguam.

Linguam compeſcas, tace, Plautus.

Tacitum relinquere.

Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt, Cic. Fam. epiſt. 37.

Prætermittere.

Eam partem orationis prætermittam, idem, Famil. epiſtola 34.

Muſſitare.

Tu taces, ego muſsitabo, Plautus.

Mutum eſſe.

Satius eſt mutum eſſe, quàm quod nemo intelligat, dicere, Cicero.

Teſtament machen.

Seinen letzten Willen verordnen / Teſtament auffrichten / diſponiren / wie es mit nachgelaſſenen Gütern gehalten werden ſol.

Teſtari.

Non quaſi verè furioſus vel demens teſtatus ſit, Martianus.

Teſtamentum facere.

In eo qui teſtatur, eius temporis quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt, Labeo.

Ac ſi tantum in procinctu teſtamentum faceret ſine libra atq; tabulis, Cic. de Orat. lib. 1.

Teſtamen-

Teſtamentum componere.

Ego teſtamentum compoſui, quod cùm voles, obſignabis, Cicero.

Teſtamentum ordinare.

Quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm teſtamentum ordinarent, Martian.

Suprema ordinare.

Cùm ſuprema ſua ordinaret, Teſtamento cauit, Modeſtinus.

Ordinare ſuprema iudicia.

Qui in hoſtico ſuprema ſua iudicia quoquo modo ordinaſſent, Vlpianus.

Träumen.

Im Schlaf ſehen / im Schlaf fürkommen / einen Traum haben / im Traum dünden.

Als die Hecuba mit dem Paride ſchwanger gieng / träumet jr / ſie hett eine Fackel geboren / die gantz Troiam anzündet.

Somniare.

Mater ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcum, Cicero.

Incidere in viſa.

Animus, cùm languore corporis nec membris nec ſenſibus vti poteſt, incidit in varia viſa, idem.

In quiete videre.

Quædam mat. na viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam, idem.

In ſomnis videre.

Cenſor viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi, idem.

Facere ſomnum.

Quo facto ſomno patet, idem.

Viſa dor-

Viſa dormienti obijci.

Deos obijcere dormientibus viſa quædam tortuoſa & obſcura, Cicero.

Dormiens videre videri.

Quod vigilans viderit, dormiens videre videatur, idem.

In quiete per viſum aliquid audire.

Quæ ſe in quiete per viſum ex Aphricano audiſſe dicebat, idem.

In ſomnis cernere.

Is vera & certa cernit in ſomniis, idem.

Secundum quietem videre.

Quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt, idem.

Quietis viſa alicui occurrere.

Tum ei viſa quietis occurrerent veracia, idem.

In quiete videre.

Ibi fama eſt, in quiete viſum ab eo iuuenem diuina ſpecie, Liuius.

Trincken.

Sauffen/Schwelgen/Außſauffen/in ſich gieſſen/den Wein ſchlingen/trächeln/den Bauch eichen.

Sauffen vnd ſchwelgen iſt bey den Teutſchen alſo gemein/daß man es ſchier für keine Sünde achtet.

Bibere.

Iſte totam Aſiam magnitudine periculorum bibendoq; ſuperauit, Cicero.

Exhaurire.

Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere, idem, 2. Philip.

Potare.

Potare.

Aut fruatur cum alijs voluptate potandi, Cicero.

Perpotare.

Perpotare totos dies, idem, 7. Verr.

Epotare.

Confecto prandio vinoq́ epoto, idem.

Ingurgitare merum.

Vide vt ingurgitat in ſe impura merum amariter plenu faucibus, Plautus.

Educere.

Cirneam, vt matre fuit natum, vini eduxi meri, idem.

Ebibere.

Vt ego illic cirneam ebiberim meri, idem.

Sorbillare.

Paulatim ſorbillans cyathos, Terent. Adelph. Act. 4. ſcena 2.

Adhibere potionem.

Tantum cibi ac potionis adhibendum, Cicero, in Catone Maiore.

Tunckel machen.

Vertunckeln/verdecken/verblenden/das Liecht benemmen/ finſter machen/verfinſtern/ den Tag verhindern/das Geſicht nemmen.

Die Nacht vertunckelt mit jhrer Finſterniß alles.

Obſcurare.

Nox tenebris obſcurat omnia, Cicero.

Afferre obſcuritatem, tenebras.

Vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat, idem.

Obſcuri-

Obſcuritate inuoluere.

Cauſa latet obſcuritate inuoluta natura, Cicero.

Obducere tenebras.

Obducere tenebras rebus clariſsimis, idem.

Obcæcare.

Narratio obſcura, totam obcæcat orationem, idem.

Offundere.

Obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ, idem.

Offundere noctem.

Philoſophia, quæ quaſi noctem quandam rebus offunderet, idem.

Offundere caliginem.

Hic error & hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt, idem.

Offundere tenebras.

Tu tuis maioribus vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras, idem, contra Saluſtium,

Circumfundere tenebris.

Latent iſta omnia craſsis occultata & circumfuſa tenebris, idem.

Luminibus officere & obſcurare.

Sed ita officere luminibus & obſcurare legatas ædes conceditur, Vlpianus.

Lumen recludere.

Vt non penitus lumen recludatur, Martianus.

Offendere proſpectum.

Ne proſpectus offendatur, Vlpianus.

Nocere lumini.

Si modò ſic faciat, vt lumini noceat, idem.

Lumen impedire.

Si tamen id quod ponitur, lumen non impediat, id.

Tyrann

Tyranney.

Grauſamkeit/ Wůterey/ Toben / Härtigkeit/ Blutgirigkeit.

Deß Türcken vnmenſchliche Tyranney / grauſamlich wůten vnd toben / hat viel vnſchůldiges Chriſtenbluts vergoſſen.

Credulitas inſatiabilis.

Is ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuit non ſolùm, Cicero.

Immanitas.

Quanquam ſis omni diritate atq; immanitate teterrimus, idem, in Vatin.

Dominatio.

Vita ſub dominatione miſera eſt, idem.

Dominatus.

Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur, idem, 1. de Diuin.

Inhumanitas.

Manſuetudinem in crudelitatem inhumanitatemq; conuerti, idem.

Tyrannis.

Ex victoria tum multa mala, tum certè Tyrannis exiſtet, idem.

Acerbitas.

Apud aliquem effundere virus acerbitatis ſuæ, id.

Aſperitas.

Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem Principis conſtitutione coërcetur, Caius.

Sæuitia.

Dominorum intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam denegetur, Vlpianus.

Vbel

Vbel außgehen.

Ein böſen Außgang gewinnen/kein gut Ende nemmen/ vbel gerahten/ vnglücklich hinauß gehen/mißrahten/mißlingen.

Dein Gottloß/raw vnd ſicher Leben wirdt ein böſen Außgang gewinnen.

Malè euenire.

Multis bonis malè euenire, multis improbis optimè, Cicero.

Malè cedere.

Quod malè cecidit, benè conſultum putares, idem.

Malum habere euentum.

Si ab adoleſcentia ſciſſet, quos euentus ſenectutis eſſet habiturus, idem.

Sed poſtquam L. Sylla malos euentus habuit, Saluſt. de Catilin.

Habere exitum triſtem.

L. Beſtia triſtes exitus habuit conſulatus, Cicero.

Exitum exitialem habere.

Perditæ ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere, idem.

Cadere aduerſum.

At ſi quid aduerſi caderet, Liuius.

Accidere grauiter.

Et ſi quid grauius acciderit, abs te rationē repoſcent, Cæſar.

Incommodè accidere.

Quod conſilium incommodè accidit, idem.

Cadere in perniciem.

Niſi miſericordia in perniciem caſura eſſet, Saluſt. de Iugurth.

Malè vertere.

Si malus aut nequam eſt, malè res vertunt quas agit, Plautus.

Quæ quidem illi res vertat malè, Terentius, Phorm. Act. 4. ſc. 3.

Haud benè euenire.

Et quoniam recta conſilia haud benè euenerant, Liuius.

Vberführen.

Zu Schiff vberbringen / vber Meer ſchicken.

Der Keyſer hat ſein Kriegßvolck vber Meer in Africam führen laſſen.

Traijcere.

Exercitum Rhodanum traiecit, Cicero, Familiar. epiſtola 187.

Traducere.

Legiones duas flumen Sicorim traducunt, Cæſar.

Tranſportare.

Militesq́; his nauibus flumen tranſportant, idem.

Tranſuehere.

Quid militum tranſuexiſſet, idem.

Tranſmittere.

Cæſar in Africam tranſmiſit, Cicero.

Verachten.

Verwerffen / gering ſchätzen / gering achten / nit viel darumb geben / nicht ein Schnipp darauff geben.

Wer die Ehr gering achtet / der erlangt ſie gewißlich.

Spernere.

Gloriam qui ſpreuerit, veram habebit, Liuius.

Negligere.

Salutis cauſa rei familiaris commoda negligenda, Cicero.

Deſpicere.

Omnes deſpicere homines, præ ſe neminẽ putare, id.

Contemnere.

Dialecticam contempſit Epicurus, idem.

Pro nihilo putare.

Contemnere gloriam, ac pro nihilo putare, idem, 1. Officiorum.

An pro nihilo id putas? idem, Fam. epiſt. 204.

Pro nihilo ducere.

Ea quæ plerinq; vehementer expetunt, contemnere & pro nihilo ducere, idem, ibid.

Pro nihilo habere.

Habere omnia pro nihilo, idem.

Idque viſum pro nihilo habendum duxiſſet, id. 1. de Diuinat.

Quæ ille in æs incidit, an pro nihilo habebuntur, id. 1. Philip.

Facere nihili.

Vt qui me nihili faciat, Plautus.

Floccifacere.

Neque tamen floccifacio, Cicero.

Nihili pendere.

Nos te nihili pendimus, Plautus.

Non magni pendere.

Neque me magni pendere, idem.

Parui pendere.

Sua parui pendere, Saluſt. de Catil.

Parui facere.

Parui id facio, Saluſt. de Iugurtha.

Non flocci pendere.

Ego non flocci pendere, Teren. Eunuch. Act. 3. ſc. 1.

Minimi facere.

Virtus voluptatem minimi facit, Cicero.

Minimi putare.

Tamen à me minimi putabantur, idem, Familiar. epiſtola 9.

Ponere in minimis.

Ponere aliquid in minimis, idem.

In minimis res ſuas ponere, idem, Fam. epiſt. 51.

Nauci habere.

Non habeo denique nauci Marſum augurem, idem, 1. de Diuin.

Nauci facere.

Perij, hoc ſeruum meum non nauci facere eſſe auſum, Plaut. in Bacch.

Pro ſtercore habere.

Qui bona ſua pro ſtercore habet, idem.

Habere deſpicatum.

Vir me peßimis meus habet deſpicatum modis, idem.

Habere deſpicatui.

Quando tu me, benemerentem tibi, habes deſpicatui, idem.

Parui ducere.

Pericula mortis parui eſſe ducenda, Cicero.

Deſpicatui ducere.

Si quis deſpicatui ducitur, Myſorum vltimus eſſe dicitur, idem, pro Flac.

Ducere infra ſe.

Omnia humana ducere infra ſe, idem.

Verâtʒ

Verändern.

Verkehren/ verwenden/ verwandeln/ verneuwen/verånderung machen/anrichten.

Alle dinge verkehren ſich / vnd werden tåglich in böſer vnd årger Weſen verändert.

Mutare.

Vos veſtem mutandam cenſuiſtis, cunctiq́ mutâſtis, Cicero, poſt redit.

Commutare.

Hæc commutari ex veris in falſa non poſſunt, idem.

Permutare.

Si Catilina ſententiam permutauit, idem, 2. Cat.

At permutata aliquando pecunia eſt, idem.

Immutare.

Conuerſis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis, idem, Famil. epiſt. 9.

Vertere.

Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia, id.

Conuertere.

Non poteſt verum futurum conuerti in falſum, id.

Permutationes facere.

Ego rationem permutationis, quam tecum feci, edidi, idem.

Commutationes efficere.

Sed fortuna, quæ plurimum poteſt cùm in reliquis rebus, tum præcipuè in bello, paruis momentis magnas rerum commutationes efficit, Cæſar.

Verbinden.

Verſtricken/verknüpffen/obligiren.

Der Obligation Natur vnnd Subſtantz beru-

het auff dem / daß ſie vns anderē verſtricke vnd verbinde.

Obligare.

Magis enim illum, pro quo ſpopondi, quàm me obligaui, Cicero.

Serui ex contractibus naturaliter obligantur & obligant, Vlpianus.

Obligationem conſtituere.

Placet autem ad tempus obligationem conſtitui non poſſe, Paulus.

Obligationem contrahere.

Conſenſu dicimus obligationem contrahi, Vlpian.

Obſtringere.

Obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, vt alium nobis obſtringat, Paulus.

Fidem ſuam aſtringere.

Procurator qui pro euictione prædiorum quæ vendidit, fidem ſuam adſtrinxit, Papinianus.

Vinculum obligationis ſuſcipere.

Nam procurator, qui pro domino vinculum obligationis ſuſcepit, onus eius fruſtra recuſat, idem.

Verdrieſſen.

Mißfallen/zorn thun/vbel gefallen/ein vngefallen darab haben/verdrieß darab ſchöpffen.

Daß du ſo wenig zu mir ſchreibeſt/ thut mich zum höchſten verdrieſſen.

Ægrè ferre.

Vt ſi quis ægrè ferat ſe pauperem eſſe, Cicero.

Quam rem nobilitas ægerrimè tulit, Saluſtius, de Iugurtha.

Moleſtè

Moleſtè ferre.

Sanè moleſtè id ferre Pompeium conſtabat, Cicero, Fam. epiſt. 9.

Moleſtiam capere.

Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio, idem.

Trahere moleſtiam.

Trahere moleſtiam ex pernicie Reipub. *idem, Famil. epiſtola 45.*

Grauiter ferre.

Id grauiter equidem ferebam, idem.

Omnes qui amant grauiter ſibi vxorem dari ferunt, Terent. And.

Id M. Fabius pergrauiter tulit, Cic. Fam. epiſt. 177.

Acerbè ferre.

Et ſi acerbius inopiam ferrent, idem.

Qui tuliſſent acerbius, veniam tibi dari, idem, Fam. epiſtola 90.

Grauiter habere.

Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur, multi eas grauiùs æquo habuêre, Saluſtius, de Catilin.

Grauiter & iniquo animo pati.

Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, id. contra Ciceron.

Periniquo patiebar animo, Cicero, Fam. epiſt. 260.

Iniquo animo ferre.

Iniquo animo ferre aliquid, idem.

Malè habere.

Hoc malè habet virum, Terent. And. Act. 2. ſc. 6.

Ægrè pati.

Sed oſtendere, me ægrè pati, illi nolui, Teren. Adelph. Act.1. ſc.2.

Immoderatè ferre.

Non eſt grauitatis ac ſapientiæ tuæ, ferre immoderatiùs caſum incommodorum tuorum, Cicero, Familia. epiſtola 73.

Familiariter ferre.

Hîc mortem huius tam fert familiariter, Ter. Andr. Act.1. ſc.1.

Vergeben.

Nachlaſſen/verzeihen/ zu gut ſchencken/vberſehen / fallen laſſen / ſincken laſſen / verſchonen/ vngemerckt hingehen laſſen / vngeſtraffet laſſen/ durch die Finger ſehen.

Gott vergibt vns vnſer Schuldt / Als wir vnſern Schüldigern nachlaſſen.

Ignoſcere.

Abs te peto, vt mihi hoc ignoſcas, Cicero.

Impunitatem concedere.

Conſuêſſe enim Deos immortales, quo grauiùs homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere, Cæſar.

Fore, vt ſenatus illi impunitatem concederet, Saluſt. de Iugurtha.

Impunitatem dare.

Impunitas enim peccatorum data videtur eis, Cicer. in Philippicis.

Concedere.

Neque temerè dicto concedi oportet, idem.

Condo-

Condonare.

Nec deprecaturi ſumus, vt crimen hoc nobis propter multa eius in Rempub. merita condonetis, Cicero.

Haud facile alterius libidini maleſacta condonabam, Saluſt. de Catil.

Conniuere.

Prô Dij immortales cur interdum in hominum ſceleribus maximis conniuetis? idem.

Dare veniam.

Veniam in ante acta dedit, Vlpian.

Qui tuliſſent acerbius veniam tibi dari, Cicero, Fam. epiſtola 90.

Aequum poſtulat, da veniam, Terent. And. Act. 3. ſc. 3.

Tribuere veniam.

Veniam tamen aliquam dolori meo tribuetis, Cicero.

Dare impunitatem.

Sed & deinceps impunitas datur ei, Vlpianus.

Cæteris veniam & impunitatem dandam puto, Cic.

Impunitum aliquid dimittere.

Poſſumus hanc iniuriam inultam impunitamq́ dimittere, idem.

Parcere.

Parcere alicui ſcelerato, id eſt, ignoſcere, idem.

Et dum paucis ſceleſtis parcunt, Saluſtius, de Catil.

Remittere.

Supplicium, quo vſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono, Cicero.

Facere gratiam.

Bocclio quoniam pœnitet delicti, gratiam facit, Saluſt. de Iugurth.

Qui mihi atque animo meo nullius vnquam delicti gratiam feciſſem, idem, de Catil.

Mittere noxiam.

Vnam hanc noxiam mitte, Terentius.

Vergeblich arbeyten.

Vmbſonſt ſich bemühen / Hopffen vnd Maltʒ verlieren / alle Mühe vnd Arbeyt verlieren / vnnützlich Arbeyt thun / inns Waſſer ſchlagen.

Du verleureſt alle Mühe vnd Arbeyt / wenn du einen vnterweiſen wilt / der gelehrter iſt dann du.

Ludere operam.

In illis opera luditur, Terentius.

Laterem lauare.

Laterem lauem, idem.

Actum agere.

Actum aiunt ne agas, Terentius.

Gerere imbrem in cribrum.

Non pluris refert, quàm ſi tu imbrem in cribrum geras, Plaut. in Pſeud.

In pertuſum dolium aliquid ingerere.

In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus, idem.

Oleum & operam perdere.

Tum pol ego & oleum & operam perdidi, idem.

In aëre piſcari.

In aëre piſcari, & in mari venari iaculo, id. in Aeſin.

Operam perdere.

Omnem operam perdis, quia doctum doces, idem.

Aquam è pumice poſtulare.

Nam tu aquam è pumice nunc poſtulas, qui ipſus ſitiat, idem.

Nugas agere.

Maximas nugas agis, nudo detrahere veſtimenta me iubes, idem.

Penelopes

Penelopes telam retexere.

Eadem illa ars Penelopes telam retexens.

Multæ huius generis Parœmiæ referuntur apud Eraſmum Roterodamum, Cent. 4. Chiliad. 1.

Laboris ſui fructu priuari.

Quod laboris mei fructu induſtriaq; priuatus, Saluſt. de Catilin.

Diligentiæ fructu priuari.

Sic me & liberalitatis fructu priuas & diligentiæ, & mediocris etiam prudentiæ, Cicero, Fam. epiſt. 77.

Induſtriæ fructum perdere.

Exiſtimabamq; omnes me induſtriæ meæ fructus perdidiſſe, idem, Fam. epiſt. 48.

Vergehen.

Verſchwinden/verwelcken/dahin fahren/fürüber lauffen/abnemmen/zertrennen/zerflieſſen/verſiegen/verdorren/vertrocken/verfladern/verſchlungen/verſtieben/verlieren.

Vnrecht Gut vergehet vnd verſchwindet wie der Rauch. Die Zeit fehret dahin wie ein Schatten/Lauffet fürüber wie ein Schiff auff dem Waſſer.

Reichthumb vnd Pracht verſtäubet wie der Sandt vom Winde.

Fluere.

Fluit igitur corporis voluptas, & prima quæq; auolat, Cicero.

Defluere.

Vbi per ſocordiam tempus, vires, ætas, ingenium defluxêre, Saluſt. de Iugurth.

Dilabi.

Dilabi.

Præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc vis corporis, & alia huiuſmodi omnia breui dilabuntur, Saluſt. ibid.

Cadere.

Tua laus pariter cum Repub. cecidit, Cic. 2. Offic.

Corruere.

Lacedæmoniorum opes corruerunt, idem.

Decidere.

Ficta omnia tanquam floſculi decidunt, idem.

Recidere ad nihilum.

Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare, idem.

Recidere ad irritum.

Nec ad irritum recidere poteſt, quod antea iure valuit, Papinianus.

Ad nihilum venire.

Breuiq; tempore ad nihilum ventura videatur, Cice. Fam. epiſt. 225.

Perire.

Nunc reſpiciendum quæ capitis diminutione iura pereant, Paulus.

Diſperire.

An caput veſtræ pecuniæ diſperire patiemini? Cic.

Interire.

Rei mutatione interire vſumfructum placet, Vlpianus.

Intercidere.

Morte legatarij legatum intercidit, Modeſtin.

Extingui.

Cùm ius fruendi morte extinguatur, Vlpian.

Tolli.

Vt earum rerum, quæ vſu tolluntur, poſſit vſusfructus legari, idem.

Deferueſce-

Deferueſcere.

Differam in tempus, dum deferueſcat ira, Cicero, 4. Tuſculan.

Deflorеſcere.

Formæ dignitas aut morbis defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur, idem, ad Heren.

Euaneſcere.

Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt, & euanuit, idem.

Exareſcere.

Vides enim exaruiſſe iam veterem vrbanitatem, idem.

Extabeſcere.

Opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuiſſe, idem, 2. de Nat. Deor.

Vergänglich.

Zeitlich/eytel/vnbeſtändig/ſterblich/ſchwach.

Reichthumb vnd Glück ſind vnbeſtändig vnd vergänglich.

Caducus.

Res humanæ fragiles caducæq; ſunt, Cicero.

Fragilis.

Corpus fragile & caducum, idem.

Infirmus.

Corpus caducum & infirmum, idem.

Mortalis.

Infra Lunam nihil eſt, niſi mortale & caducum, id. in Som. Scip.

Fugax.

Hæc breuia, fugacia & caduca exiſtimat, idem.

Fluxus.

Nam diuitiarum atq; fortunæ gloria fluxa atq; fragilis eſt, Saluſt. de Catil.

Mobilis.

Ignari rerum humanarum, quæ fluxæ & mobiles ſæpius in aduerſa mutantur, idem.

Vergeſſen.

Entfallen/ auß der acht laſſen/ nicht behalten/ entſinnen/ außwachſen/ auß dem Sinn fallen/ entdencken.

Die Wolthat/ ſo du mir erzeyget haſt/ wil ich nimmermehr vergeſſen.

Obliuiſci.

Curio ſubitò totam cauſam eſt oblitus, Cicero.

Non potui magis obliuiſci temporum meorum, idem, Fam. epiſt. 9.

Obliuioni dare.

Cætera ſtupra virginum matronarumq; obliuioni dentur, Liuius.

Obliuio cepit.

Quæ repentè obliuio animos cepit? idem.

Vt eos iuſtitiæ capiat obliuio, Cicero, 1. Officiorum.

In obliuionem venire.

Venire in obliuionem alicuius rei, idem.

Obliuione aliquid obruere.

Aduerſa quaſi perpetua obliuione obruere, Cicero, 1. de Finib.

Obliuione aliquid conterere.

Quod eius omnes grauiſſimas iniurias volũtaria quadam obliuione contriueram, idem, Fam. epiſt. 9.

Obliuione delere memoriam alicuius.

Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui, Cicero, 1. Philip.

Momoriam alicuius abijcere.

Significauerunt, ſe beneficio nouo memoriam doloris veteris abieciſſe, idem, ibid.

Memoriam beneficiorum abijcere, idem. 8. Philip.

Memoriam perdere.

Nec ſepulchra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam, idem.

Memoriam deponere.

Obliuiſcor iniuriam, depono memoriam doloris, idem.

Aliquid memoria dilabitur.

Sunt alij plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur, idem.

Memoria ex animo diſcedit.

Itaq; nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi viri memoria, idem.

Effluere.

Hoc modò me commouit Piſonis annulus, quod totum effluxerat, idem,

Ex animo eijcere.

Cùm hoſpitia priuata, & publica fœdera omnia ex animo eieciſſet, Liuius.

E memoria labi.

Vſitatæ res è memoria elabuntur, Cicero.

Excidere.

O miram Pomponi memoriam tuam, ac mihi iſta exciderat, idem.

De meme-

De memoria excidere.

Carthaginem Annibalémque excidiſſe de memoria, Liuius.

Memoria effugit,

Vbi me effugerit memoria, ibi tu facito, vt ſubuenias, Plautus.

In memoria non repetere.

Cùm locum theſauri in memoria non repeteret, Papinianus.

Perdere aliquid.

Perij herclè, nomen perdidi, Terent.

Deuorare.

Deuoranti nomen imprudens modò, Plautus.

Vergeſſen werden/nicht mehr gedacht werden.

Venire in obliuionem.

Vt etiamſi fuerint egregij ciues, tamen venerint in obliuionem. Cicero, contra Saluſtium.

Vergleichen.

Gegen einander halten/zuſamen halten/vberlegen/conferiren/ gleich achten.

Der Römer Geſchichte ſind mit keiner Nation zuvergleichen.

Comparare.

Nemo Gallus cum ciue Romano comparandus eſt, Cicero.

Nec comparandus hic quidem ad illum eſt, Terent. Eunuch. Act. 4. ſc. 4.

Compara-

Comparationem facere.

Si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officij, Cicero.

Conferre.

Geſta Romanorum nulla cum gente ſunt conferēda, idem.

Componere.

Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis compoſuit, Saluſt. de Iugurth.

Contendere.

Primùm igitur leges oportet contēdere, conſiderando, vtra lex ad maiores pertineat.

Facere collationem.

Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum, Plaut.

Æquiparare.

Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas, idem.

Exæquare.

Pauci pluribus exæquari non poſſunt, Cicero.

Pompeius neminem dignitate ſecum exæquari volebat, Cæſar.

Verheeren.

Verbrennen/ zerſtören/ verderben/ plündern/ verwüſten / ſtürmen / niderreiſſen / zerbrechen/ ſchleyffen/ zerrütten/ niderwerffen/ zerſchlagen/ berauben.

Man ſagt / der Türckiſche Keyſer hab gantz Apuliam verheert vnd verwüſtet.

Vaſtare.

Multa caſtella cepi, multa vaſtaui, Cicero.

Depopulari.

Verres Siciliam per triennium depopulatus eſt, id. in Verr.

Depopulationem inferre.

Qui depopulationem & vaſtationem meis tectis atq; agris intulerant, idem.

Facere populationes.

In Carthaginenſi agro latè populationes fecit, Liui.

Diruere.

Vrbem igitur diruamus, Cicero.

Legiones deinde ductæ ad diriuendam vrbem, Cæſar.

Diripere.

Tum à cæde ad diripiendam vrbem eſt diſcurſum. Liuius. Compilare.

Euertere.

Scipio ſolus Carthaginem euertit, Cicero.

Expugnare.

Qui ædes ſacras expugnauit, excîdit, incendit, idem.

Excindere.

Numantiam excindentes, Cicero.

Euerſionem inferre.

Qui euerſionem tectis atque agris meis intulerunt, idem. Expilare.

Inflammare.

Qui templum earum inflammauit Dearum, idem.

Inflammationem inferre.

Qui inflammationem omnib. meis tectis intulerunt, idem. [illegible] ex[illegible].

Adæquare ſolo.

Publica priuataq; omnia tecta adæquat ſolo, Liuius.

Dare excidio.

Vna hora quadringentorum annorum opus excidio ac ruinis dedit, idem. depopulari

Funditus tollere.

Maiores noſtri Carthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerunt, Cicero, 1. Offic.

Verheyrahten.

Ehelich vertrauwen/ ehelich in Eheſtandt begeben/ Ehelich werden/ vermählen/ zur Ehe beſtättigen/ zum Stand der heyligen Ehe greiffen/ ein Weib freyen/ beweiben/ veråndern/ ein ehelich Gemahel nemmen.

Frůh auffſtehen/ vnd frůh freyen/ ſol niemandt gereuwen.

Ducere vxorem.

Is cuius pater ab hoſtibus captus eſt, vxorem ducere poteſt, Vlpianus.

Vxor tibi ducenda eſt Pamphile, Terent. Andr. *act.1. ſcen. 5.*

Accipere vxorem.

Eum qui abſentem accepiſſet vxorem, Vlpianus.

Ducere in matrimonium.

Is Saßiam in matrimonium ducere cupiuit, Cicero, *pro* Cluent.

Contrahere matrimonium.

In contrahendis matrimonijs naturale ius & pudor inſpiciendus eſt, Paulus.

Matrimonio coniungere.

Vxorem quondam priuigni coniungi matrimonio vitrici non oportet, Papin.

Coniungere ſibi aliquam.

Debitor eam, cui obligatus eſt aliqua ratione, prohibetur ſibi coniungere, Triphon.

Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret, Cicero, *Fam. epiſt. 47.*

Contrahere nuptias.

Nuptias inter eos contrahi poſſe Pomp. *ſcribit, Paul.*

Iungi nuptijs.

Iunguntur nuptijs magis non prohibente, quàm approbante Seruio, Liuius.

Matrimonio iungere.

Fortè ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur, idem.

Nuptiis copulare.

Donec plebeis nuptijs fuerunt copulatæ, Vlpian.

Collocare nuptum.

Ne tutor pupillam, vel filio ſuo vel ſibi nuptum collocet, Paul. & Cæſar.

Connubio coire.

Principes Macedonum cum primorib. ſuæ gentis connubio coire paterentur, Curtius.

Einem andern verehlichen/ außſtewren.

Collocare, abſolutè.

Collocat vitiatam ephebo, Teren. in prologo Eunuch. & Cicero.

Nuptui collocare.

Apud Columellam & Cæſarem.

In matrimonium collocare filiam.

Apud Ciceronem.

Dare in matrimonium.

Apud Cæſarem. Ei filiam ſuam in matrimonium dat.

Dare nuptum.

Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum, Terent. Andr. Act. 2. ſc. 1.

Dare in nuptias.

Apud eundem Terentium.

In manum

In manum dare.

Hanc mihi in manum dat, Teren. And. Act. 1. ſc. 5.

Deſpondere.

Deſpondit ei gnatam huius vicini proximi, Terent. Hecyr. Act. 1. ſc. 2.

Committere gnatam ſuam alicui vxorem.

Qui denegârat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam vxorem, idem. And. Act. 1. ſc. 5.

Verhindern.

Wehren/brechen/in Weg ſtehen/im Liecht ſtehen/auffhalten.

Der Schatten deß Erdreichs ſtehet der Sonnen im Wege/vnd verhindert jhren Schein/darvmb wirdt es Nacht.

Obſtare.

Quid autem obſtat, quò minus ſit beatus, Cicero.

Impedire.

Id in hac diſputatione de fato caſus quidam ne facerem impediuit, idem.

Impedimento eſſe.

Nam commoditati ingenium eſt impedimento, id.

Officere.

Vmbra terræ Soli officiens, noctem efficit, idem.

Eum ſuis conſilijs multum officere, Saluſt. de Cat.

Tardare.

Et palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad inſequendum tardabat, Cæſar.

Morari.

Immiſſo equitatu iter eorum moratur atq; impedit, idem.

Nihil ego te moror, Plaut. in Epid.

Moram facere.

Sed moram fecerat, quò minus in ius veniret. Paul.

Tenere.

Ne ab equitatu Cæſaris in anguſtijs tenerentur, iter ſupprimunt, Cæſar.

Præpedimentum obijcere.

Neu fallaciæ præpedimentum obijciatur, Plautus.

Vide ſuprà, Auff halten.

Verkauffen.

Vereuſſern/ an andere gelangen laſſen/verlaſſen/ zu kauffen geben.

Er hat alle ſeine Güter vmb ein gering Gelt vereuſſert vnd verkaufft.

Vendere.

Vendo meum non pluris quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris, Cicero, 3. Offic.

Venum dare.

Quod præiudicium non fiat inter actorem, & eum qui venum dedit, Vlpian.

Facere venditionem.

Eius procurator venditionem fecerat, Plautus.

Diſtrahere.

Res tempore perituras permittere debet Prætor diſtrahere, Caius.

Venundare.

Cùm in venundando rem eam ſciſſet, Cic. 3. Offic.

Alienare.

Pretio paruo ea, quæ à maioribus acceperis, alienare, idem.

Verlån-

Verlängern.

Erſtrecken / auffſchieben / auffſchützen / verrücken / auffſchlagen / verſchieben / anſtellen / zurück ſetzen / weiter hinauß ſetzen / prorogiren.

Der Reichßtag iſt erſtreckt / vnnd biß auff den zukünfftigen Sommer verſchoben.

Differre.

Itaq; res dilata eſt in poſterum, Cicero.

Transferre.

Vt video, cauſa hæc integra in proximũ annum transferetur, idem. Fam. epiſt. 144.

In Nonas Februarias conſilium cædis tranſtulerunt, Saluſt. de Catil.

Detrudere.

Putantur detrudi Comitia in menſem Martium, idem.

Producere.

Clodius in Quirinalia produxit diem, Cicero.

Ego porrò non cupiditate prouinciæ longius ſpacium produci mihi volo, idem, Fam. epiſt. 256.

Ducere.

Bellum in hyemem ducere cogitabant, Cæſar.

Proferre diem.

Euictionis diem latiùs proferre, Cicero.

Sed à Magiſtris cum contenderem de proferendo die, idem, Fam. epiſt. 271.

Prorogare.

Impetrat à Senatu, vt dies ſibi prorogaretur, idem.

Protendere.

Comitia tamen, quantum facere poſſumus, in Ianuarium menſem protendimus, idem, Fam. epiſt. 204.

Diffindere diem.

Iubet diem Iudicij eſſe diffuſum, Vlpianus.

Protelare.

In omnibus cauſis, in quibus protelatur admonitio, idem.

Extrahere.

Res tamen ipſa ſuo molimine grauis, certaminibus in annum extrahitur, Liuius.

Vide infrà, Verziehen.

Verlieren.

Der Sachen verluſtig werden/deß Krieges vnden ligen.

Wer dem Richter Geſchenck gibt / der macht ſich ſelber der Sachen verluſtig.

Amittere litem.

Totam litem aut obtinere aut amittere, Cicero.

Perdere litem.

Aliquo modo litem perdidit culpa ſua, Martian.

A` cauſa cadere.

A cauſa cadit is, qui non, quẽadmodum oportet, agit, Cicero.

De cauſa cadere.

Eademq́; de cauſa noſtrum vterq; cecidit, idem, Fam. epiſtola 88.

Cadere cauſa.

Minus multi te aduocato cauſa cadent, idem. Famil. epiſtola 114.

In cauſa concidere.

Rem miſeram, malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit, idem, ad Attic. lib. 7. epiſt. 23.

Lis perit.

Lis perit.

Et hac cauſa litem perire iuſſit, Vlpianus.

Vermittelſt Göttlicher Hülff.

Mit verleihung Göttlicher Gnaden / durch ſchickung deß Allmechtigen / geliebts Gott / wils Gott / gůnnts Gott.

Jch getraw die Sache / vermittelſt Göttlicher Hülff / glůcklich außzufůhren.

Dijs applaudentibus.

Vatinium arbitratu noſtro concidimus, dijs hominibusq́; applaudentibus, Cicero, in Vatin.

Dijs approbantibus.

Neq; ſolùm dixi, verùm etiam ſic facio, dijs hominibusq́; approbantibus, idem, Fam. epiſt.9.

Dijs benè iuuantibus.

Vt dijs benè iuuantib. bellum ingentis gloriæ prædæq́; futurum incipiamus, Liuius.

Dijs volentibus.

Sequere hâc, mea gnata, mecum, dijs volentibus, Plautus.

Fortuna ſuffragante.

Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus, Cic. Fam. epiſt.183.

Comite fortuna.

Omnia ſumma conſecutus es, virtute duce, comite fortuna, idem, Fam. epiſt.181.

Verordnen.

Erwehlen / ſetzen / kůhren / machen / erklären / nennen.

Er iſt in den Raht erwehlet/Bürgermeiſter geKohren.

Ordinare.

Referebatur de ordinandis prætoribus, Cicero.

Declarare.

Ex quo die dux eſt declaratus, Liuius.

Igitur comitijs habitis conſules declarantur M. Tull. & C. Antonius, *Saluſt. de Catil.*

Præficere.

Hunc toti bello imperioq́ præfecerant, Cæſar.

Præponere.

Huic officio præpoſitus erat Fuſius Calenus, *Cæſar.*

Creare.

Tribunos ſibi in ſacro monte creauit, Pompon.

Prodere.

Itaq́ dictatores proditi ſunt, idem.

Conſtituere.

Duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam ædiles appellati *ſunt, idem.*

Eligere.

Eligere ampliſſimos viros ad ſacerdotia, Cicero.

Legere.

Cùm qui hodie aruſpicinam facerent, in Senatum Romanum *legerentur, idem, Fam. epiſt. 96.*

Hoc autem tempore eum Cæſar in Senatum *legit, idem, Fam. epiſt. 276.*

Deſignare.

Vt ij Decemuiratum *haberent, quos plebs deſignauerit, idem.*

Seruium tribunum plebis deſignatum, idem, Famil. epiſtola 138.

Conſulem

Conſulem deſignatum Paulum, Cicero, Familiar. epiſtola 138.

Cooptare.

Cùm haberent inter ſe controuerſias de Senatu cooptando, idem.

Renunciare.

Conſulem hora ſeptima renunciauit, idem, Famil. 4. epiſt. 131.

Facere.

C. Marcellum conſulem factum, idem, Fam. epiſt. 138.

Verſtandt.

Hirnweißheit / hohe Gedancken / Vernunfft / Witz / Sinn / Klugheit / Vorſichtigkeit / Geſchicklichkeit.

Er iſt ein Menſch von hohem Verſtandt vnnd Weißheit.

Prudentia.

Vt medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia, Cicero, 5. de Finib.

Induſtria.

Tua exquiſita doctrina & ſingularis induſtria, id.

Solertia.

Motus celer cogitationis, acumen, ſolertia, quam rationem vocamus, idem.

Ingenium acre.

Acerrimo ingenio vir Chryſippus, idem.

Acies ingenij.

Cùm homo exercuerit ingenij aciem ad bona diligenda, idem.

Nam non eam cognoui aciem ingenij tui, idem, Fam. epiſtola 26.

Acumen

Acumen ingenij.

Qui propter acumen ingenij occultiſſima perſpicit, Cic. Fam. epiſt. 71.

Mens.

Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius, idem.

Acies mentis.

Apud Ciceron. 2. de natura Deorum.

Ratio.

Domina omnium ac regina ratio, idem.

Intelligentia.

Tamen fretus intelligentia veſtra, breuius diſſero, idem.

Verſtändig.

Klug / weiß / geſchickt / vernünfftig / witzig / ſcharpffſinnig / fürſichtig / ſinnreich / beſcheyden / gelehrt / erfahren / wolkündig / geübt / verſucht / bedächtig / mit guten Künſten geziert.

Ein verſtändiger vnd kluger Mann thut alles mit Vernunfft.

Prudens.

Vir naturâ peracutus & prudens, Cicero.

Prudentia præditus.

Vir magna prudentia, vſu & exercitatione præditus, idem.

Summa prudentia.

Homo, mea ſententia, ſumma prudentia, idem, Fam. epiſt. 36.

Sapiens.

Sapientiſſimum dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem, idem.

Acer.

Ariſtoteles acerrimus in rebus inueniendis & iudicandis, Cicero.

Acutus.

Vir ingenio prudentiaq́ acutiſſimus, idem.

Alta mente præditus.

Homo ſapiens & alta quadam mente preditus, id.

Catus.

Prudens & (vt ita dicam) catus, idem.

Prouidus.

Vir catus & prouidus, idem.

Conſideratus.

Illud conſiderati hominis eſſe dicamus, idem.

Conſultus.

Ita iuſtus & bonus vir eſt, vt naturâ non diſciplinâ conſultus eſſe videatur, idem.

Ingenioſus.

Quo quiſque ingenioſior & ſolertior, idem, pro Roſc. Comœd.

Illuſtri ingenio.

Adoleſcens illuſtri ingenio & induſtria, idem.

Summo ingenio præditus.

Summi homines ac ſummis ingenijs præditi, idem.

Ingenio validus.

Sed multò maximè ingenio validus, Saluſtius, de Iugurth.

Prouidens.

Homo valdè acutus & multùm prouidens, idem.

Proſpiciens in poſterum.

Sapiens & multum in poſterum proſpiciens vir, id.

Sciens.

Nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore vtitur, idem.

Perſpicax.

Perſpicax.

Ego me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe certò ſcio, Terent.

Sapit.

Feliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit, Plautus.

Callidus.

Hæc ab hominibus callidis & peritis animaduerſa ſunt, idem.

Peritus.

Iuris & literarum & antiquitatis bene peritus, Cicero.

Summi conſilij.

Vir ſummi conſilij, & maximi animi, idem.

Doctus.

Adoleſcens humaniſſimus & doctiſſimus, idem.

Doctrina ornatus.

Homo omni doctrina & virtute ornatiſſimus, idem.

Multa doctrina.

Homo ſumma prudentia, multa etiam doctrina, id. Fam. epiſt. 36.

Doctrina politus.

Vir omni liberali doctrina politiſſimus, idem, Famil. epiſtola 272.

Doctrina excultus.

Eruditus & doctrina excultus, idem.

Eruditus.

Quidam doctus homo & imprimis eruditus, idem.

Præclara eruditione.

Vir præclara eruditione atque doctrina, idem.

Studijs præditus.

Adoleſcens rectiſſimis ſtudijs atque optimis artibus præditus, idem.

Artibus

Artibus politus.

Omnibus bonis artibus politus eſt, Cicero.

Artium ſtudijs eruditus.

Vir optimarum artium ſtudijs eruditus, idem.

Studijs affluens.

Liberaliſsimis ſtudijs affluens, idem.

In ſtudijs verſatus.

In ſtudijs humanitatis ac literarum verſatus, idem.

Artium diſciplinis inſtructus.

Si quis minus inſtructus erit magnarũ artium diſciplinis, idem.

Literatus.

Viri literati ac ſtudijs doctrinæq; dediti, idem.

Quem literatiſsimum fuiſſe iudico, idem, Familiar. *epiſtola 168.*

Non illiteratus,

Vir bonus & non illiteratus, idem.

Literarum non expers.

Neque politioris humanitatis, ac communium literarum non expers, idem.

In ſcriptis veteribus volutatus.

In veteribus ſcriptis ſtudioſè & multum volutatus, idem.

Expertus.

Non tam doctus, quàm quòd magis expertus, idem.

Exercitatus.

Exercitatus & agitatus in optimis curis, idem.

Exercitatione præditus.

Vir magna prudentia & exercitatione præditus, idem.

Spectatus.

Cæterarum artium homines ſpectati & probati, id.

Viſum

Vſum habens.

Cato multarum rerum vſum habens, Cic. in Lælio.

Plurimo rerum vſu.

Homo plurimo rerum vſu, idem, Fam. epiſt. 36.

Verſcheinen.

Ablauffen / verflieſſen / verlauffen / vergehen / verrückt werden / außgehen / verweilen / verlitten. Der Anſtandt zwiſchen dem Türcken vnd dem König iſt verſchienen.

Præterire.

Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis, Cicero.

Cuius rei non modo non præterijt tempus, idem, Famil. epiſt. 188.

Ego præteriti temporis excuſationem affero, idem, Fam. epiſt. 182.

Præterijt tempus, Terent. Eunuch. Act. 3. ſc. 4.

Abire.

Abijt illud tempus, mutata ratio eſt, Cicero.

Hic dies hoc modo abijt, idem, Fam. epiſt. 226.

Exire.

Iam enim induciæ exierant, Liuius.

Tranſire.

Cùm dies hybernorum complures tranſiſſent, idem.

Effluere.

Præterita ætas quamuis longa, cùm effluxerit, non poteſt conſolari Antium ſenem, Cicero.

Defluere.

Vbi per ſocordiam tempus, vires, ætas, ingenium, defluxêre, Saluſt. de Iugurth.

Vbi ſalu-

Vbi ſalutatio defluxit, Cicero, Fam. epiſt. 172.

Præterfluere.

Animus voluptatem præteritam præterfluere non ſinit, idem.

Dilabi.

Sed poſtquam dilapſo tempore comitiorum dies adventabat, Saluſt.

Procedere.

Quantò eis amplius proceſſerat temporis, tantò erant alacriores, Cæſar.

Verſchicken.

Abfertigen/ſenden/hinweg ſenden.

Die Römer haben zehen Männer in Griechenlandt abgefertiget/das Recht zu holen.

Legare.

Centuripini Andronem legârunt ad Apronium, Cic.

Mittere.

C. Fabricius ad Pyrrhum de captiuis recuperandis miſſus orator, idem.

Amittere.

Sequere me, te vt amittam, Plautus.

Ablegare.

Pòſt illos adhibuit, quos ablegârat, Cicero.

Amandare.

Amandat hominem Lylibaam, idem.

Dimittere.

Dimittere aliquem à ſe, & mandare in vltimas terras, idem.

Verſchwenden.

Vppiglich verthun/zubringen/verſchwelgen/verdämpffen/durch die Gurgel jagen/vergänden/vbel

den / vbel vmbbringen / verpraſſen / verſauffen / verſchlemmen / erſchöpffen / erōſen / hindurch brin gen / verzehren / ſeinem Gut zu milde ſeyn / Tag vnd Nacht im Luder ligen / ſein Gut an naſſe Wahr legen / verkochen.

Wer ſein Gut in der Jugend verſchwendt / vnd täglich mit guten Geſellen im Luder ligt / der muß im Alter gebrechen vnd mangel leiden.

Conſumere.

Per luxuriam effundere atq; conſumere omnia bona, Cicero.

Deuorare.

Patrimonio non comeſo, ſed deuorato, idem, contra Saluſtium.

Abſorbere, bui, & pſi.

Quæ Charybdis tam vorax tot res tam citò abſorbere potuiſſet? idem.

Helluari.

Quid tu meo periculo, gurges ac patrimonij vorago, belluabare? idem.

Exorbere.

Byzantiorum prædas exorbuit, idem.

Ligurire.

Non leuiter improbiſsima furta ligurire, ſed deuorare pecuniam, idem.

Obligurire.

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt, idem, 2. Catil.

Abligurire.

Itidem patria qui abligurierat bona, Terent. Eunuc. Act.2.ſc.2.

Diſſipare.

Diſſipare.

Bona patria diſſipauerat, Saluſt. de Catil.

Patrimonium Græcorum connubijs maluit diſſipare, Cicero.

Largiùs ſuo vti.

Et quod pleriq; Syllani milites largius ſuo vſi, Saluſt. de Catilin.

Perdere.

Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati, Terent. Heaut. Act. 3. ſc. 1.

Deperdere.

Qui non ſolùm bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt, Cicero.

Diſperdere.

Aliquantulum animi cauſa in delicijs diſperdidit, Plautus.

Ede, bibe, diſperde rem, idem.

Dilapidare.

Priuſquam dilapides noſtras triginta minas, Terent. Phorm. Act. 5. ſc. 8.

Prodere pecuniam.

Prius proditurum te tuam vitam & prius pecuniam omnem, idem.

Prodigere.

Herculè egebit, qui ſuum prodegerit, Plaut.

Conturbare nummos.

Nummos venditori non ſoluerat, poſtea conturbauerat, Alfen.

Decoquere.

Tenéſne memoria prætextatum te decoxiſſe? Cic.

Conficere rem.

Qui cùm ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea

 publicam

publicam confeciſſet, egeſtatem domeſtico lenocinio ſuſtentauit, idem.

Effundere.

C. Cæſar patrimonium ſuum effudit, idem.

Multi autem patrimonia effuderunt inconſultè largiendo, idem, 2. Offic.

Quanquam ea quoq; pecunia ſit effuſa, id. 1. Philip.

Confringere rem.

Poſtquam hic eius rem confregit filius, Plaut.

Iactare ſuum.

Qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat, Paulus.

Profundere bona.

Qui neque tempus neq; finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſsipando profundit, Vlpian.

Profundere patrimonium.

Patrimonia ſua profuderunt, Cicero, 2. Catil.

Profundere pecunias.

Qui pecunias profundunt in eas res, idem, 2. Offic.

Oblimare rem.

Rem patris oblimare malum eſt, Horatius, Sermon. 1. Satyr. 2.

Degulare patrimonium.

Degulato patrimonio poſtquam pauper eſt factus, Plautus.

Verziehen.

Auffhalten / ſparen / ſeumen / harren / warten / verzucken / lenger anſtehen laſſen / an ſich halten / nicht eylen / gemach thun.

Verziehe nicht fromb zu werden / ſonder beſſer dich in der zeit.

Cunctare.

Cunctare.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem, Cicero l. Officiorum.

Tardare.

Tardare & commorari te melius eſt, idem.

Sedere.

Dubitas ergo quin eum ſedendo ſuperaturi ſimus, qui ſeneſcit indies, Liuius.

Differre.

Quare omnem hanc diſputationem in aduentum tuum differo, Cicero, Fam. epiſt. 13.

Conferre.

In poſterum diem iter ſuum contulit, idem, Famil. epiſtola 226.

Procraſtinare.

Primò rem differre quotidie ac procraſtinare cœperunt, idem.

Prolatare.

Nihil prolatandum ratus, ne ſe quoq; caſus opprimeret, Liuius.

Protelare.

In omnibus cauſis, in quibus protelatur admonitio, Vlpianus.

Ducere.

Diem ex die ducere Hedui, Cæſar.

Hac controuerſia vſque ad noctem ducta, Cic. Famil. epiſtola 2.

Perducere.

Res diſputatione ad mediam noctem perducitur, id.

Producere moram.

Vt huic malo aliquam producam moram, Terent.

Vt diem ipſi ſua voluntate producerent, Liuius.

Trahere in ſerum.

Vulgò credebatur rem de induſtria in ſerum tractam, Liuus.

Extrahere.

Sed cùm propè ad noctem prælium extraxiſſemus, idem.

Protrahere.

Vt aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies, Ter. Andr. Act. 2. ſc. 1.

Proferre.

Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcor aliquò, idem.

Moram facere.

Si moram fecerit in homine reddendo poſſeſſor, Vlp.

Moram adhibere.

Cùm moram emptor adhibere cœpit, Pompon.

Moram interponere.

Atq; eius rei cauſa moram interponi arbitrabantur, Cicero.

Suſtinere.

Interdum ex iuſtis cauſis & certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cogitationes, Calliſtr.

Suſpendere.

Neque enim ſicut viuentium, ita & defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt, Paulus.

Vmbgeben.

Vmbringen/ beſchlieſſen/ beſtricken/ vmbfangen/ becirckẽ/ vmbkreiſen/ verrigeln/ vergittern/ vmbziehen/ vergraben/ verſperren/ abhauwen/ vmbgürten/ bezäunen/ vmbſtecken/ belägern/ berennen/ vmbſchantzen.

Iſocra-

Iſocrates vergleichet die Geſetze einem Gitter/ darmit die Böſen vmbgeben vnnd verſperret werden.

Cingere.

Muro lapideo vrbem cingere parat, Liuius.

Obſidere.

Antonius armis obſedit, aut excluſit Senatum, Cic.

Collega tuus cùm à fœdiſſimis latronibus obſideretur, idem, Famil. epiſt. 184.

Circumſedere.

Antonius armis circumſedit Mutinam, idem,

Circumſideri.

Cùm ab eo Catilius circumſideretur, idem.

Circumretire.

Cùm te circumretitum frequentia Pop. Rom. eſſe videam, idem.

Circumuallare.

Mihi epiſtola adfertur à Lepta, circumuallatum eſſe Pompeium, idem.

Circumdare.

Caſtra foſſa circumdant, Liuius.

Circumcludere.

Mea diligentia circumcluſus, commouere te contra Rempub. non potuiſti, Cic. 1. Catil.

Intercludere.

Hic cùm fratri intercluſo ab hoſtibus auxilium ferret, Cæſar.

Gircumclaudere.

Ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eo loco diſceſſit, idem.

Mobilis.

Mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram ſpei mobili, atq; infida, Liuius.

Varius.

Aſſentatoris animus varius, commutabilis, multiplex, Cicero.

Leuis.

Hîc Syri & Aſiatici Græci ſunt, leuiſſima genera hominum, Liuius.

Quid agis homo leuior quàm pluma? Plautus.

Aliud ſtans, aliud ſedens.

Aliud ſtans, aliud ſedens de Repub. ſentis, Cæſar, & Saluſt. contra Ciceron.

Mutabilis.

Aſdrubal memor quàm vana & mutabilia barbarorum ingenia eſſent, Liuius.

Temporalis.

Vt ſunt Græcorum temporalia ingenia, Curt.

Vnbündig.

Nichtig/ krafftloß/ vntüglich/ von vnwirden/ nichts wehrt/ vnnütz/ vnkräfftig/ onmechtig/ loß/ vergeblich/ vnbeſtändig.

Ein Teſtament/ das mit ſeinen Solenniteten nicht verwahret/ iſt vnbündig/ krafftloß vnnd nichtig.

Nullus.

Cùm enim nulla ſit poſtulatio, manebit condictio. Vlpianus.

Vanus.

Si quod inſtrumentum à te miſſum apud me remanſerit, vanum & pro cancellato habebitur, Scæuol.

Diſceptator.

Qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt, Vlpianus.

Compromiſſarius Iudex.

Nemini licere minorem viginti annis compromiſſarium iudicem eligere, Calliſtrat.

Unterſetzen.

Subſtituiren/ ein andern an ſeine ſtatt verordnen/ ein Afteranwalt ſetzen/ einen andern erwehlen/ einen vollmächtig machen.

Ein Procurator mag wol einen Afteranwalt an ſeine ſtatt ſetzen vnd verordnen.

Subdere in locum.

Te rogo in Hirtij locum me ſubdas, Cicero, Familiar. epiſtola 199.

Supponere.

Meliorem quàm ego ſum ſuppono tibi, Plaut.

In locum ſubſtituere.

Cùm iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit, Cicero.

Dare vicarium.

Hunc ego inſtitutum diſciplina mea vicarium pro me Reip. do, Liuius.

Quòd ſi in bello dari vicarij ſolerent, Cic. 12. Philip.

Sufficere.

Si Appij os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, idem. Fam. epiſt. 67.

Subijcere in locum.

Quorum in locum alij ſubiecti eſſent, Alfen.

Pro ſe

Pro ſe ſubijcere.

Vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubijciat, Vlp.

Suo loco ſubſtituere.

Alium nobis aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, Cai.

Vnterſcheyden.

Vnterſcheydt machen / wiſſen / vnterſcheydlich darvon vrtheyl:n/ eins vorm andern erkennen.

Dijudicare.

Honeſta & turpia natura, non opinione dijudicanda ſunt, Cicero.

Diſcernere.

Democritus alba & atra diſcernere non poterat, id.

Internoſcere.

Internoſcere verum à falſo, idem.

Secernere.

Beluæ ſenſu ſecernunt peſtifera à ſalutaribus, idem.

Diſtinguere.

Quomodo autem diſtingui poſſunt vera ſomnia à falſis? idem.

Vneins ſeyn.

Zwyſpaltig ſeyn / nicht mit einem halten / an zweyen hauffen traben/ nicht in einem Stall ſtehen/ nicht vergleichen können.

Der gemeine Mann iſt vneins mit den Rahtsherren worden.

Diſſentire.

Galli à cæterarum gentium more ac natura diſſentiunt, Cicero.

Diſcordare.

Qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe? Ter. And. 4. 3. ſ. 3.

Diſſidere.

Diſſidere.

Cupiditates intus in animis incluſæ intra ſe diſſidēt, Cicero.

Diſcordia eſt inter aliquos exorta.

In vrbe ex tranquillo nec inopina moles diſcordiarum inter plebem & patres exorta eſt, Liuius.

Irę ſunt.

Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum, Terent.

Inimicitias ſuſcipere.

Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet, idem, Hecyr. Act. 2. ſc. 1.

Inimicitias gerere.

Qui veteres inimicitias cum Cæſare gerebant, Cæſar.

Ira intercedit.

Vnde ira inter eas interceſſit, Terent. in Hecyr. Act. 3. ſcena 1.

Iras gerere.

Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxijs iras gerunt, idem, ibid. Act. 3. ſc. 1.

In diſcordiam peruenire.

Euenit vt plebs in diſcordiam cum patrib. perueniret, Pompon.

Inimicitiæ interueniunt.

Si capitales inimicitiæ interueniunt inter procuratorem & dominum, Vlpian.

Inimicitiæ intercedunt.

Si poſt datum procuratorem capitales inimicitiæ interceſſerunt, Paul.

Vnſchůldig.

Ohn alle Schuldt/ ſonder Schuldt.

Einen Vnſchůldigen ſol man nit verdammen/ ſondern abſoluiren.

Innocens.

Innocens.

Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt, Cicero.

Culpæ exors.

Si quid protectis legionibus acciderit, ſe omnis culpæ exortem, Liuius.

Culpæ inſons.

Quem virum inſontem culpa clade hodierna Dij reſpicere debent, idem.

Extra noxam.

Magnum hoc quoque ſignum eſt, dominam eſſe extra noxam, Terent.

Extra noxiam.

Quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam, idem, Hecy. Act.2.ſc.3.

Culpa procul eſt.

Ego conſcia mihi ſum à me culpam eſſe hanc procul, idem, Adelp. Act.3.ſc.2.

À culpa vacuus.

A culpa vacuus, Saluſtius, de Catilin.

Vnverſehens.

Vngefehrlich/ohn alle Gedancken/ ſtillſchweigend / vnverwarnter Sachen / anders dann ich verhoffet / anders dann ich meyne / anders dann ich vermutet.

Der Türck iſt vnverſehens/vnd ehe dann man gemeynt hett/ in Vngern ankommen.

Ex nec opinato.

Vnde ex nec opinato auerſum hoſtem inuadet, Liui.

Nec opinanti accidit.

Quos ad iudicandum nec opinantes vocatis, Cicero, 1. Philipp.

Inopina-

Inopinatum.

Cùm hec illi improuiſum inopinatumq́ accidiſſet, Cicero.

Præter opinionem.

Cùm tantum repentini periculi præter opinionem accidiſſet, Cæſar.

Contra opinionem.

Celeriter contraq́ omnium opinionem confecto itinere, idem.

Deinde poſtero die contra opinionem Iugurtha ad Thalam perueniunt, Saluſt. de Iug.

Præter opinionem.

Cùm & contra voluntatem & præter opinionem accidiſſet, Cicero, Fam. epiſt. 31.

Repentè.

Repentè præter ſpem dixi, idem, Fam. epiſt. 46.

Subitò.

Tu auſpiciorum patronus ſubitò extitiſti, idem.

Præter optatum.

Illud etiam accidit præter optatum meum, idem, in Piſonem.

Improuisò.

Quòd improuisò vnum pagum adortus eſſet, Cæſar.

Ex improuiſo.

Ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent, Cicero.

Romani ex improuiſo magnā vim pulueris animaduertunt, Saluſt. de Iugurth.

De improuiſo.

Eò cùm de improuiſo, celeriusq́ omnium opinione veniſſent, Cæſar.

Ac de improuiſo domi ſuæ imparatum confodere, Sal. de Catilin.

Præter

Præter ſpem.

Si quid præter ſpem erit, facies vt ſciam, Cicero.

Tuum eſt, ſi quid præter ſpem euenit, mihi ignoſcere, Terent. Andr. Act. 4. ſc. 1. & Cic. Fam. epiſt. 46.

Nihil tam præter ſpem vnquam, Cic. Fam. epiſt. 227.

Præter cognitionem.

Cùm ei nihil adhuc præter ipſius voluntatem cognitionemq; acciderit, idem.

Contra ſpem.

Contra ſpem ſuam Metellus lætiſſimis animis accipitur, Saluſt. de Iug. Ibidem, Iugurtha contra ſpem nuncio accepto.

Contra ac ratus quis eſt.

Vbi videt Catilinam contra ac ratus erat, magna vi contendere, Saluſt. de Catil.

Von Jugendt an.

Von Kindt auff/ von anbegin meines Lebens/ von Mutter Leib an/ mein Lebenlang/ von eim kleinen Knaben her/ von meiner Kindtheit her.

Wir haben von Kind auff groſſe Freundſchafft mit einander gehabt.

A pueris.

Quòd à pueris nullo officio aut diſciplina aſſuefacti, Cæſar.

Et hunc à puero ſic ſemper dilexi, Cicero, Familiar. epiſtola 87.

A puſillo puero.

Quia iam inde à puſillo puero ridiculus fui, Plaut.

A cunabulis.

Vſque à cunabulis, idem, in Pſeudol.

Ab incu-

Ab incunabulis.

Ab incunabulis noſtræ veteris puerilíſque doctrinæ, Cicero.

A teneris vnguiculis.

A teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis, idem, Famil. epiſtola 6.

A paruis.

Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit ſimul, Ter. Andr. Act. 3. ſ. 3.

A paruulis.

A paruulis diuitijs & labori ſtudent, Cæſar.

Ego poſtquam te emi à paruulo, Terent. Andr. Act. 1. ſcena 1.

A pueritia.

A pueritia in caſtris habitus aſſueueram militaribus ingenijs, Liuius.

Benevolentia quæ mihi iam à pueritia cognita eſt, Cicero, Fam. epiſt. 49.

Primo ætatis flore.

Flore ætatis primo Amilcari conciliatus, Liuius.

A iuuenta.

Exercitatus iam inde à iuuenta finitimis bellis, id.

Ab ineunte ætate.

Si quis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis, Cicero.

C. Curtio ab ineunte ætate familiariſſimè ſum vſus, idem, Fam. epiſt. 276.

Ab ineunte pueritia.

Ab ineunte pueritia tua, à prima ætate, idem, Fam. epiſtola 46.

Ab ineunte pueritia tua, Cicero, Fam. epiſt. 181.

Ab ineunte adoleſcentia.

Ab ineunte adoleſcentia tuis ſeruiui ſeruitutem imperijs, Plautus.

Ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit, Cicero, Famil. epiſt. 293.

A prima adoleſcentia.

Muſæ, quæ me maximè ſicut iam à prima adoleſcentia delectarunt, idem, Fam. epiſt. 10.

A primo tempore ætatis.

A primo tempore ætatis iam ſtudere tenemini, idem.

Ab initio ætatis.

Te autem ab initio ætatis memoria teneo ſummè omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe, idem, Fam. epi. 45.

A primis temporibus ætatis.

Quibus à primis temporibus ætatis artibus ſtudium tuum dediſti, idem, ibidem.

Vorziehen.

Vorſetzen/ gröſſer vnd höher ſchätzen/ mehr davon halten/ mehr darauff geben/ beſſer achten.

Ein gutes Gerücht ſol man gröſſer vnd höher ſchätzen/ dann Goldt vnd Silber.

Anteferre.

Neq; dijudicare poſſet, vter vtri virtute anteferendus videretur, Cæſar.

Anteponere.

Neque me tibi neque quenquam antepono, Cicero.

Præferre.

Præferre ſalutem Reipub. ſuis commodis, idem.

Prepond-

Præponere.

Lucium præpoſui ſopori & quieti, Plaut.

Potiorem habere.

Semper ſe Reip. commoda priuatis neceßitudinibus habuiſſe potiora, Cæſar.

Quòd Remp. priuatis ſimultatib. potiorem habuiſſet, Liuius.

Potius eſſe.

Sibi ſemper Reipub. fuiſſe primam dignitatem vitaq́; potiorem, Cæſar.

Qui tibi vetuſtate neceßitudinis potior poßit eſſe, Cicero, Fam. epiſt. 181.

Deferre primas.

Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant, idem.

Dare palmam.

Huic equidem conſilio palmam do, Teren. Heaut.

Niſi Actio palmam dari putabitis, Cicero, 1. Philip.

Potiorem ducere.

Rogo, vt rem potiorem oratione ducas, idem, Famil. epiſtola 240.

Vrſach geben.

Vervrſachen/ Platz vnd Raum geben/ ein Vrſach ſeyn.

Reichthumb gibt vrſach zu ſündigen.

Dare cauſam.

Tu C. Cæſari cauſam belli contra patriam inferendi dediſti, Cicero.

Trebatius dedit mihi cauſam harum literarum, id. Fam. epiſt. 241.

Præbere cauſam.

Qui adhibitavi, & quaſi manu, cauſam mortis præbuiſſet, Vlpianus.

Cauſa eſt.

Cauſa ei paupertatis, ſicut pleriſque, probitas erat, Curtius.

Locum facere.

Nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt, idem.

Aperire locum.

Cùm aliud alij videretur, aperuerunt ad occaſionem locum hoſti, Liuius.

Dare locum.

De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe, Cicero, Fam. epiſt. 35.

Dij datote illi potius in alijs peccandi locum, Terent. And. Act. 1. ſc. 4.

Dare materiam.

Materia daretur cum furibus aduerſus eos coëundi, Vlpianus.

Temeritati Conſulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit, Liuius.

Inſtruere materiam.

Namque inſpectio tabularum materiam falsò fabricando inſtruere poteſt, Vlpianus.

Dare anſam.

Neceſſe erit cupere, vt quàm ſæpiſſimè peccet amicus, quo plures det ſibi tanquam anſas ad reprehendendum, Cicero, de Amicit.

Patefacere feneſtram.

Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris, Ter. Heaut. Act. 3 ſcen. 1.

Vrſach/

Vrtheylen.

Sprechen/ erkennen/ decerniren/ weiſen/ Vrtheyl außſprechen/ Vrtheyl mittheylen/ Vrtheyl fellen/geben/publiciren/richten/Recht ſprechen/ Recht ſchaffen/das Recht eröffnen/verdammen/ condemniren/ die Billichkeit verſchaffen.

Du ſolt nicht vrtheylen nach Gunſt/noch Recht ſprechen vmb Gelts willen.

Iudicare.

Centum viri litibus iudicandis conſtituti ſunt, Pomponius.

Hic dies de noſtris controuerſiis iudicabit, Cæſar.

Dijudicare.

Attendes igitur vt ſoles, & eam controuerſiam dijudicabis,Cicero, 3.de Finib.

Facere iudicium.

Multa & grauia iudicia de coniuratorum ſcelere feciſtis,idem.

Reddere iudicium.

Iudicia in priuatos reddebat, Cæſar.

Reddere ius.

Prætor quoq; ius reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit,Paulus.

Dicere ius.

Dicere ius de pecuniis traditis,Cicero.

Decernere.

Vno iudicio de fortunis omnibus decernere,idem.

Diſcernere.

Si de hæreditate & de finibus controuerſia eſt, iidem diſcernunt,Cæſar.

Dare ſententiam.

Si pars iudicantium de inofficioſo contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dixerit, Marcell.

Habere ſententiam.

Cùm non oporteat ex ſententia (ſiue iuſta, ſiue iniuſta) pro alio habita, alium prægrauari, Paul.

Dicere ſententiam.

Sententiam Romæ dictam etiam in prouincijs poſſe per præſides ad finem perſequi, Imperator reſcripſit, Vlpianus.

Itaque poſtridiè placuit, vt breuiter ſententias diceremus.

Proferre ſententiam.

Contra indefenſos minores tutores vel curatores non habentes, nulla ſententia proferenda eſt, Paul.

Ferre ſententiam.

ferre iudicium. Idē. *Cùm ipſe de te ſententiam tuliſti, Cicero.*

Cùm ſenſiſſem de ijs ſententiam ferri oportere, id. Fam. epiſt. 234.

Promere ſententiam.

Vt vel vno, vel vtroque abſente ſententia promatur, Vlpianus.

Pronunciare.

Si iudex nutriri vel ali oportere pronunciauerit, idem.

Pronunciare ſententiam.

Itaque cùm Bibuli ſententia prima pronunciata eſſet, Cicero, Fam. epiſt. 2.

Damnare.

Qui damnare poteſt, is abſoluendi quoque poteſtatem habet, Paulus.

Condemna-

Condemnare.

Condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus eſt, Vlpian.

Facere condemnationem.

Qui ſortis quidem condemnationem faciunt, idem.

Cognoſcere.

Qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tempus iudicati ſeruat, idem.

Conſtituere.

Nam ferè de omnibus controuerſiis publicis priuatíſque conſtituunt, Cæſar.

Wagen.

In Gefahr ſtecken/ Abenthewer beſtehen/ in Gefährlichkeit einlaſſen/ alles verſuchen/ auff die Schantz wagen.

Er hat ſich vmb ſeines Freunds willen in groſſe Gefahr geſteckt.

Periclitari.

Itaq; potius periclitari volui, quàm nimis cautus videri, Cicero, Fam. epiſt. 196.

Adire periculum.

Quoduis potius periculum adeũdum mihi eſt, quàm, &c. idem.

Magnum periculum ipſe Lepidus adiret, idem. Fam. epiſtola 196.

Opponere ſe periculo.

Opponere ſe periculis, idem.

Periculo ſe committere.

Quis nauigauit, qui non ſe aut mortis aut ſeruitutis periculo committeret? idem.

Pericula ingredi.

Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur, Cicero.

Subire periculum, offerre ſe periculo.

Subire periculum pro amico, offerre ſe periculis pro patria, idem.

Nunquam me pœnitebit maxima pericula pro patria ſubire, idem, Fam. epiſt. 201.

Méque communi periculo offerrem, idem, Familiar. epiſtola 196.

Ne offeramus nos periculis ſine cauſa, idem, 1. Offic.

Inferre ſe in periculum.

In periculum capitis pro aliquo ſe inferre, idem.

Deducere in periculum,

Orauit ne ſua diſſenſione rem in ſummum periculum deducant, Cæſar.

Adduci in periculum.

Adducta eſt Reſpub. in maximum periculum, Cic.

Adduci in diſcrimen.

Videtur enim mihi res in propinquum adducta diſcrimen, idem, Fam. epiſt. 78.

Capeſſere periculum.

Plurimum audaciæ ad pericula capeſſenda, idem.

Dare in diſcrimen.

Ne tot annorum fœlicitatem in vnius horæ dederis diſcrimen, Liuius.

Obijcere ſe in diſcrimen.

Obijcere ſe in diſcrimen pro aliquo, Cicero.

In diſcrimen ſe offerre.

Offerre ſe in diſcrimen pro ſtatu ciuitatis, idem.

In diſcrimen conferre.

Iudicio enim tuo non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum, Cicero, Fam. epiſt. 17.

Audere vltima.

Tum Tarquinius neceßitate iam etiam cogente vltima audere, Liuius.

Ire in aleam.

In dubiam imperij ſeruitijq́ aleam imus, idem.

Subire caſum.

Eundemq́ caſum ſubiturum, quencunq́ ei fortuna tribuiſſet, Cæſar.

Wahl.

Kuhr/ Macht/ Willen/ Willkühr/ Wundſch.

Als Gott dem König Salomo die Wahl gab/ zu bitten was er wolt/ baht er vmb Weißheit.

Optio.

Theſeus, cui cùm tres optiones Neptunus dediſſet, optauit interitum Hippolyti, Cicero, 3. Offic.

Græci optionem Carthaginenſibus faciunt, Saluſt. de Iugurtha.

Poteſtas.

Ille tibi poteſtatem facturus eſt, vt eligas vtrum velis, idem.

Electio.

Ita electio actori danda eſt, Paulus.

Arbitrium.

Permittit prætor actori arbitrium, vtrum iureiurando id decidere, an iudicium dictare velit, idem.

Widerkommen.

Widerkehren / zurück ziehen / wider anſchlagen/wider heymziehen/ wider ankommen.

Er iſt auß dem Krieg mit groſſen Ehren wider kommen.

Redire.

Ad quos dies rediturus ſum, ſcribam ad te, Cicero.

Regredi.

Quare commoueri noli, ſi audieris me regredi, idem.

Recipere ſe.

Qui cùm ad diem ſe recepiſſet, idem.

Sin iſta ſint inaniora, recipe te ad nos, idem, Famil. epiſtola 111.

Referre ſe.

Ipſe iterum Romam ſe retulit, idem.

Aut rurſus ſe in Hetruriam referat, idem, Familiar. epiſtola 111. & 223.

Remigrare.

Romam tibi remigrandum eſt, idem, Fam. epiſt. 170.

Reuenire.

Cùm miles domum reueniſſet, idem, 1. de Orat.

Reuertere.

Epheſo Laodiceam reuertit, idem, Fam. epiſt. 39.

Reuerti.

Vnde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reuerti, idem, pro Murana.

Reuerſionem facere.

Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit, idem.

Recurre-

Recurrere.

Puero, quem ad me ſtatim iuſsi recurrere, da ponderoſum aliquam epiſtolam, Cicero.

Quamprimum poterit iſtuc recurrere, idem, Famil. epiſtola 199.

Widerwertig.

Gefehrliche/ ſchwinde/ böſe/ vnfriedliche/ auffrühriſche/ ſchwere/ trawrige Zeit/ Läufft/ Händel.

Ich kan dir nicht rahten/ daß du in dieſen vnfriedſamen/ gefehrlichen/ geſchwinden Zeiten vnd Läufften dich in Franckreich begeben ſolteſt.

Tempora moleſta.

Mihi moleſtiſsimis temporibus præſtò fuit, Cicero, epiſtola 293.

Tempus turbulentum.

Quandiu tempus turbulentum fuit, idem.

Difficile.

Exercitum difficili Reipublicæ tempore conficere, idem.

Graue.

In grauiſsimis temporibus ciuitatis, idem.

Triſte.

Triſtiſsimo meo tempore, idem.

Triſtiſsimis meis temporibus, idem, Fam. epiſt. 389.

Patris tui beneficijs vel defenſus triſtib. temporibus, idem, Fam. epiſt. 383.

Aſperum.

In periculo & aſperis temporibus, idem.

Durum.

Duris quondam temporibus, idem.

Impeditum.

Impeditum.

Impeditis Reipub. temporibus, Cicero.

Calamitoſa hora.

Quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior Pop. Rom. illuxit, idem.

Perdita tempora.

Hæc perturbatio temporum perditorum, idem, Fam. epiſtola 73.

Miſera & luctuoſa.

Non modò miſeris his temporibus & luctuoſis, idem, Fam. epiſt. 71.

Gute friedliche Zeit.

Tempora ſecunda.

Patris tui beneficijs vel defenſus triſtib. temporibus, vel ornatus ſecundis, Cicero, Fam. epiſt. 383.

Tempora tranquilla & optata.

Non modò miſeris his temporibus & luctuoſis, ſed etiam tranquillis & optatis.

Tempora bona.

Et iam bonis temporibus, Cicero, 2. *Officiorum.*

Wirde.

Maieſtät/ Herrlichkeit/ Hochheit/ Ehre/ Dignitet/ groſſes Anſehens/ Reputation/ Exiſtimation.

Durch Tugendt vnd gute Künſte erwirbt man Ehr/ Wirde vnd Dignitet.

Dignitas.

Dignitatem tuam & eſſe iam, & futuram ampliſſimam intelligo, Cicero.

Maieſtas.

Maieſtas.

Maieſtas eſt amplitudo & dignitas ciuitatis, idem.

Amplitudo.

Vir in quo ſumma authoritas eſt, atque amplitudo, idem.

Claritas.

Horum ſententia ad claritatem amplitudinémque aptior, idem.

Claritudo.

Cùm præſertim tam multa variæ artes ſint animi, quibus ſumma claritudo paratur, Curtius, & Saluſtius, de Iugurtha.

Splendor.

In imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremq́; reuocanda ſunt, Cicero.

Exiſtimatio.

Vt eius exiſtimationem dignitatemq́; ab inimicis defendant, Cæſar.

Decus.

Hoc magni intereſt & decus ad laudem ciuitatis, Cicero.

Lumen.

Maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, id. Saluſtius de Iugurth.

Wirdigen.

Schätzen/ anſchlagen/ achten/ eſtimiren/ den Wehrt ſetzen/ richten/ taxiren.

Es gebüret dem Richter die Expens vnd Koſten der ſiegenden Parthey zu wirdigen vnd moderiren.

Eſtima-

Æſtimare.

Præficere aliquem æſtimandis poſſeſsionibus, Cicero.

Æſtimationem habere.

Poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur, idem.

Æſtimationem facere.

Sed æſtimationem à iudice faciendam, Vlpianus.

Exiſtimationem facere.

Militibus æqua facta exiſtimatione, pecuniam pro his rebus ſoluit, Cæſar.

Arbitrari.

Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti, Vlpianus.

Taxare.

Iudice quantitatem taxante, idem.

Dicere taxationem.

Idem poßit taxationem iureiurando dicere, idem.

Facere precium.

Neceſſe habet totarum ædium precium facere, Paul.

Wiſſen.

Wol bewußt ſeyn/ nicht vnbewußt ſeyn/ nicht verborgē ſeyn/ gut wiſſens tragen/ Wiſſenſchafft haben.

Was Freundtſchafft/ Liebe vnd Gunſt/ ich dir jederzeit erzeygt hab/ iſt menniglich wol bewußt.

Scire.

Primùm illud te ſcire volo, Cicero.

Tenere.

Quibus rebus capiatur Cæſar non tenes, idem.

Habere

Habere perceptum.

An verò quiſquam poteſt probare, quod perceptum non habet, Cicero.

Habere cognitum.

Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolam, idem.

Habere perſpectum.

Clodij animum perſpectum habeo, idem.

Habere compertum.

Compertum habeo milites, verba virtutem viris non addere, Saluſt. de Catil.

Habere certum.

Ignoraturum certum habeo, vtrius exercitus ſit conſul, Liuius.

Habere exploratum.

Cùm exploratum habere cœpero, Cicero.

Vt exploratum habeam, omnes homines id probaturos, idem, Fam. epiſt. 43.

Exploratum eſt mihi.

Quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperam vſq; victurum, idem, in Catone maiore.

Pro explorato habere.

Quod pro explorato habebat Ambigorigem non eſſe prælio concertaturum, Cæſar.

Habere acceptum.

Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum, Plautus.

Habere notum.

Qui ea multò quàm nos habes notiora, Cicero.

Non me fugit.

Illud alterum quàm ſit difficile, te non fugit, idem.

Non pra-

Non præterit.

Sed te non præterit, quàm ſit difficilè, Cicero, Famil. epiſtola 8.

Non clam eſt.

Nec te clam eſt, Terentius.

Non ſum inſcius.

Nec verò ſum inſcius eſſe vtilitatem in hiſtoria, Cicero.

Non ſum neſcius.

Non ſum neſcius Craſſe, iſta inter Græcos dici ſolere, idem.

Non ſum ignarus.

Non ſum ignarus, quibus ea rebus conſequaris, idem.

Non me fallit.

Non te fallit, idem. Fam. epiſt. 139.

Non neſcio.

Non enim neſcis, quanti te faciam, idem, Familiar. epiſtola 258.

Non ignoro.

Quod quidem tu minimè omnium ignoras, idem.

Wol außgehen.

Wol gerahten / gelingen / einen glückſeligen Außgang gewinnen / wol gehen / glücken / wol zu hand ſtehen / glücklich naher gehen.

Vertrauwe Gott / vnd ſey fürſichtig in deinen Sachen / ſo wirdt dir alles wol gerahten vnd gelingen.

Proſperè cedere.

Vigilando, agendo, bene conſulendo proſperè omnia cedunt, Saluſt. de Catil.

Neque in-

Neque inſidiæ, quas conſuli fecerat, proſperè ceßêre, Saluſt. de Catil.

Benè procedere.

Benè proſpereq́ hoc hodie operis proceßit mihi, Plaut.

Proſperè procedere.

Sed tamen vt omnia proſperè procedant, Cicero, Famil. epiſt. 251.

Bellè cadere.

Horum ego vix attigi penulam, bellè cecidit, idem.

Bene cadere.

Quod melius caderet non vidi, idem, Fam. epiſt. 147.

Peropportunè cadere.

Sed hoc cecidit mihi peropportunè, idem.

Percommodè cadere.

Verùm hoc adhuc percommodè cadit, idem.

Benè ſuccedere.

Nihil eſt quod hodie benè ſuccedat mihi, Plautus.

Proſperè venire.

Vt mihi quicquid ago, lepidè omnia proſpereq́ veniant, idem.

Benè venire.

Pol iſtam rem benè veniſſe vobis gaudeo, idem.

Rectè ſub manus ſuccedere.

Si quam rem accures ſobriè aut frugaliter, ſolet illa rectè ſub manus ſuccedere, idem.

Ex ſententia ſuccedere.

Vt reliqua ex ſententia ſuccedant, Cicero, ad Brut.

Ad optatos exitus peruehi.

Nam cùm proſpero fortunæ flatu vtimur, ad optatos exitus peruehimur, idem, 2. Offic.

Fortuna optatis reſpondet.

Quod in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondit, idem, Fam. epiſt. 12.

Procedere.

Vt quiſque rem accurat ſuam, ſic ei procedit, idem.

Sed cum multa agitanti, nihil procedit, Saluſtius, de Catilin.

Frugaliter euenire.

Si malus aut nequam eſt, malè res vertunt, quas egit: Sin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter, Plautus.

Benè prouenire.

Igitur prouentura benè confido mihi, idem.

Feliciter euenire.

Precatus ſum, vt res ſanctè, feliciter proſpereq́ue, eueniret, Cicero.

Felicem habere exitum.

Hunc habuit exitum ſanè felicem, idem.

Hæc æſtas habuit exitum ſatis felicem, idem, Famil. epiſtola 20.

Wol empfangen.

Wol halten/ herrlich tractiren/ wol erbieten.

Er hat die Gäſte freundtlich vnd wol empfangen/auch vberauß köſtlich vnd herzlich tractiert.

Benè accipere.

Aliquem ad epulas recipere, & eum benè vel malè accipere, Cicero.

Magnificè accipere.

Magnificè volo ſummos viros accipere, Plautus.

Benignè excipere.

Ad Barguſios primùm venerunt, à quibus benignè excepti, Liuius.

Honorificè tractare.

Honorificentiſſimè tractari ab aliquo, Cicero, Famil. epiſt. 117. & 283.

Liberaliter habere.

Eos accuratè & liberaliter habuit, Saluſtius, de Catilin.

Liberaliter tractare.

Me tractat liberaliter Curio, Cicero, Fam. epiſt. 143.

Quàm liberaliſsimè vt eos tractes, idem, Familiar. epiſtola 283.

Wollüſtig.

Zur Wolluſt geneygt / Epicuriſche Saw.

Die Numidier ſind vor andern zu der Wolluſt geneygt.

Voluptarius.

Epicurus homo voluptarius, Cicero.

Libidinoſus.

Libidinoſa & intemperans adoleſcentia, idem.

In Venerem effuſus.

Vt ſunt ante omnes Barbaros, Numidæ effuſi in Venerem, Liuius.

In Venerem præceps.

Vt eſt genus Numidarum in Venerem præceps, idem.

Ad libidinem procliuis.

Vt ingenium eſt omnium hominum ab labore procliue ad libidinem, Terent. And. Act. 1. ſc. 1.

Voluptati obſequens.

Hercle homo voluptati obſequens fuit, idem, Hecyra, Act. 3. ſcen. 5.

Obediens ventri.

Veluti pecora, quæ natura prona atq; ventri obedientia finxit, Saluſt. de Catil.

Ventri deditus.

Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, idem, de Catilin.

Propenſus ad voluptatem.

Si quis paulò eſt ad voluptatem propenſior, Cicero. 1. Officiorum.

Wüſten.

Einöde / Gewildtniß.

Johannes der Täuffer hat in der Wüſten geprediget.

Solitudo.

Audiſti quæ ſolitudo eſſet in agris, Cicero.

Vaſtitas.

Volucres, angues ex vaſtitate Lybæ vento Africo inuehi in Aegyptum, idem.

Locus deſertus.

In agro locoq́; deſertis, idem.

Vaſtus locus.

Quæ barbara India vaſtior, aut agreſtior, idem.

Wuchern.

Wucher treiben / Gelt auff Wucher leihen / mit dem Jüdenſpieß rennen / vmbſchlagen / ein Wucherer ſeyn.

Wer ſein Gelt auff Wucher leihet / dem ſind die Leute gram.

Fœnerari.

Idem pecunias iſtius ſuo nomine fœnerabatur, Cic.

Fœnori dare.

Idem pecuniam illis fœnori dedit, idem.

Fœnus exercere.

Fœnúſne exerceant, Modeſtinus.

Pecuniam fœnebrem exercere.

Mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt, Paulus.

Inſigere

Infligere vſuras.

Fuit autem conſuetudo, vt intra certa tempora non illatis vſuris, grauiores infligerentur, Paulus.

Zerreiſſen.

Zerbrechen/zerſchlagen/zerzerren/von einander reiſſen/zerſpreyten/zerſpalten/zu ſtücken reiſſen/zerſchneiden.

Ich bitte/du wölleſt meine Brieffe/ſo baldt ſie geleſen/zerreiſſen.

Comminuere.

Illi ſtatuam iſtius deturbant, comminuunt, diſsipant, Cicero.

Concerpere.

Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperiùs de eo ſcripſiſti, aliquando concerpito, idem.

Diſcerpere.

Animus nec diſcerpi nec diſtrahi poteſt, idem.

Conſcindere.

Epiſtolam tuam conſcidi innocentem, idem.

Diſcindere.

Ita cotem nouacula eſſe diſciſſam, idem.

Dirimere.

Indiuiduum corpus, quod dirimi diſtrahíque non poteſt, idem.

Dirumpere.

Cato diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit, idem.

Diſtrahere.

Ad reliquias vitæ lacerandas atque diſtrahendas, id.

Lacerare.

Reliquum corpus tractum & laceratum abiecit in mare, idem.

O Dilacerare.

Diſtractione humanorum animorum diſcerpi & dilacerari Deum, Cicero.

Scindere.

Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim nulla cauſa eſt, idem, Fam. epiſt. 77.

Diſſipare.

Medeam predicant in fuga fratris ſui membra diſſipauiſſe, idem, pro leg. Manil.

Zeit haben.

Die weil haben / die Zeit kan es wol erleiden / Muß haben / müſsig ſeyn / ledig ſeyn.

Die Poeten mag man Luſts halben / ſo man für andern wichtigen Geſchäfften der weil hat / leſen.

Spacium eſt.

Cùm erit ſpacium vtrinque dabo, Cicero.

Ne eſſet ſpacium cogitandi ad diſturbandas nuptias, Terent. And. Act. 1. ſc. 2.

Otium eſt.

Horum libros delectationis cauſa, cùm eſt otium, lego, Cicero.

Habere otium.

Plura ſcribam, ſi plus otij habuero, idem, Familiar. epiſtola 206.

Otium datur.

Otium quod & rarò datur, & nunc peroptatè nobis datum eſt, idem.

Spacium datur.

Cùm nihil ſit periculoſius, quàm ſpacium cõfirmandi ſe Antonio dari, idem, Fam. epiſt. 211.

Tempus

Tempus eſt.

Vbi tempus tibi erit, Terentius.

Tempus dare.

Datum tempus Lepido eſt, Cicero.

Iam videtur mihi exponendi tempus dari, idem, Famil. epiſt. 9.

Tempus fert.

Si tempus ferat, idem.

Quid tempus ferat, idem, Fam. epiſt. 7.

Tempus habere.

Vt vix huic tantæ epiſtolæ tempus habuerim, idem.

Spacium habere.

Niſi ſpacium habuero, idem. Fam. epiſt. 256.

Spacium etiam deliberandi habuerunt, idem, 1. Officiorum.

Vacat.

Hoc mihi iucundiſſimum vacanti negotium erat, idem.

Vacuum tempus oſtenditur.

Nullum mihi vacuum tempus oſtenditur, idem.

Operæ eſt.

Nec Annibal in tanto diſcrimine rerum operæ eſſe legationes audire, Liuius.

Dari tempus vacuum.

Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi, Terent. Heaut. Act. 1. ſc. 1.

Ziemen.

Macht haben/ mögen/ dürffen/ frey ſtehen/ in eines Gewalt ſtehen/ erlaubet ſeyn/ vergönnet ſeyn/ in eines Willen ſtehen.

Wer Macht hat zu verdammen / der hat auch Macht zu abſoluiren.

Licet.

Si per eum mihi licebit, Cicero.

Si mihi per eiuſdem amicitiam licebit, idem, Famil. epiſtola 8.

Integrum eſt.

Mihi integrum eſt facere, idem.

Si mihi integra omnia fuiſſent, idem, Fam. epiſt. 9.

Quod tibi non eſſet integrum idem, Fam. epiſt. 13.

Licentiam habeo.

Ne ab iſto conceſſam videamur habere licentiam fingendi, idem.

In voluntate poſitum.

At id non in ipſius, ſed in aliorum voluntate poſitum eſt, idem.

Quod poſitum eſt in alterius voluntate, idem, Famil. epiſtola 168.

In manu eſt.

Verùm hæc non ſunt in noſtra manu, idem.

Quàm velis eum obligare, in tua manu eſt, idem, Famil. epiſt. 140.

Liberum eſt.

Si modò ei eſſet liberum ſe oſtendiſſe, idem.

Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent, idem, Fam. epiſtola 9.

Poteſtas data eſt.

Vt quacunque dicendi poteſtas eſſet data, idem.

Poteſtas eſt.

Quotieſcunque ei dicendi poteſtas fuit, idem.

Poſtquam

Poſtquam liberius viuendi fuit poteſtas, Terent. And. Act.1. ſcen.1.

In me eſt.

Acuti hebetéſve ſumus, non eſt id in nobis, idem.

Poteſtas ſita eſt.

Huius rei poteſtas omnis ſita eſt in vobis, idem.

Poteſtatem habeo.

Sylla belli gerendi poteſtatem habet, idem.

Copia eſt.

Ac P. R. nunquam ea copia fuit, Saluſt. de Catil.

Si non tangendi copia eſt, Terentius, Eunuch. Act. 4. ſcena 2.

Copiam habeo.

Maximè ſi copiam habeat recuperandi hominis, Paulus.

Poteſtas penes aliquem eſt.

Tamen, quia penes eoſdem cogendi poteſtas erat, deditionem facit, Saluſt. de Iugurth.

Penes quem eſt poteſtas, Cicero, Famil. epiſt. 49.

Ille autem quem penes eſt omnis poteſtas, idem, Famil. epiſt. 168.

Solutum eſt.

Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, idem, Familiar. epiſtola 9.

Solutum eſſe exiſtimatur, alteri maledicere, idem, Fam. epiſt. 85.

Ius liberum habere.

Haberemq; ius legationis liberum, id eſt, poteſtatem, idem, 1. Philip.

Zürnen.

Böß / zornig / ſchellig / grimmig / erhitzt ſeyn / pochen / murren / ſchnarchen / fluchen / thoben / wüten.

Ein Richter ſol in verhör der Sachen vber die Böſen nicht zu hefftig zürnen noch erbittern.

Iraſci.

Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo, Cicero.

Ira ardere.

Ardet dolore & ira noſter Pompeius, idem.

Ira incitari.

Qui aut ira aut aliqua perturbatione incitatus eſt, idem.

His interceßionibus planè incitatus eſt, idem, Famil. epiſtola 151.

Ira exacerbari.

Vt recenti aliqua ira exacerbarentur animi, Liuius.

Iracundia incitari.

P. R. incitatus iracundia, Cicero.

Iracundia ardere.

Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia, Terent. Adelph. Act. 3. ſc. 2.

Exardeſcere.

Homo exarſit iracundia & ſtomacho, Cicero.

Exarſi non ſolùm præſenti iracundia, idem, Familia. epiſtola 9.

Excandeſcere.

Sed & in cognoſcendo, neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, Calliſtratus.

Id poſt-

Id poſtquam reſciyt, excanduit.

Fremere.

Pro ſe quiſq; minaciter fremunt, Liuius.

Succenſere.

Ei vehementer te ſuccenſuiſſe audiui, Cicero.

Quòd ijs ſuccenſerem, idem, Fam. epiſt. 153.

Stomachari.

Sæpè vidi iraſcentem & ſtomachantem Philippum, idem.

Iucundißimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo, idem, Fam. epiſt. 204.

Feruere ſeu feruère.

Cùm feruit maximè tam placidum reddo, quàm ouem, Terent. Adelph. Act. 4. ſc. 1.

Bacchari.

Ego bacchatus ſum in te, an tu in me? idem.

Indignari.

Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrûm interijt, Cicero, Fam. epiſt. 47.

Zornig machen.

Erzörnen/zu zorn bewegen/erjagen/ꝛc.

Incitare.

His interceßionibus planè incitatus eſt, Cicero, Fam. epiſtola 151.

Stomachum facere.

Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent, idem, Fam. epiſt. 9.

Incendere.

Abeoq; in me eſſet incenſus, idem, Fam. epiſt. 9.

Irritare.

Irritare.

Irritaui in me Catonem, Cicero, Fam. epiſt. 152.

Offendere animum alicuius & alicui.

Eius ipſius nulla re à me offenſus eſt animus, idem.

Zum beſten verſtehen.

Zum beſten kehren / nicht zum ärgſten außlegen oder wenden / nicht zum vnguten auffnemmen / nicht für vbel halten / zu gut halten / nicht verargen.

Der iſt weiß vñ wol gelehrt / Der alle ding zum beſten kehrt.

Accipere in bonam partem.

Quod profectò in optimam partem accipies, Cicero, Fam. epiſt. 215.

In mitiorem partem interpretari.

Quæ dixiſti, aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretare, idem.

Patienter accipere.

Patienter accipere admonitionem, id. de Amic.

Moderatè accipere.

Ea te moderatè accepiſſe, idem, Fam. epiſt. 213.

Sine offenſione accipere.

Te rogo, vt accipias ſine offenſione, quod dixero, id.

In contumeliam non accipere.

In contumeliam non accipias ignorantiam meam, idem.

Æquo animo accipere.

Quæ ſibi quiſq; facilia factu putat, æquo animo accipit, Saluſt. de Catilin.

Zum

Zum ärgſten auffnemmen.

In peiorem partem rapere.

Poſtquam poëta ſenſit, aduerſarios ſcripturam ſuam rapere in peiorem partem, Teren. in prolog. Adelph.

In contrariam partem rapere.

Verebar, ne pium meum conſilium raperent in contrariam partem, Cicero, Fam. epiſt. 211.

Zumachen.

Zuzäunen/verrigeln/vergraben/verſchlieſſen/verhauwen/ verſparren/ zuſchlagen.

Sie haben den Feinden die Wege vergraben/ zugeſchlagen vnd verhauwen.

Obſtruere.

Qui iter Pœnis obſtruere voluerunt, Cicero.

Obſepire.

Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant, idem, pro Muren.

Intercludere.

Qui Carthaginenſium aduentum intercludendum putauerunt, idem.

Interſepire.

Ne interſeptum ſit his iter perpetuò ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis, idem, pro Corn. Balb.

Claudere.

Forum ſepietur, omnes claudentur aditus, idem.

Obuallare.

Quem locum nobilitas præſidijs firmatum atq; omni ratione obuallatum tenebat, idem, de lege Agrar.

Præclude-

Præcludere.

Cùm aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit, Cicero.

Zunemmen.

Wachſen / mehren / ſich beſſern / gröſſer werden.

Die Welt nimpt täglich zu / vnd mehret ſich.

Creſcere.

Cùm lacus Albanus præter modum creuiſſet, Cicero.

Accreſcere.

Flumen ſubitò accreuit, idem.

Ingraueſcere.

Ingraueſcit indies inteſtinum bellum, idem.

Augeſcere.

Augeſcente ciuitate & qui præerant, quædam genera agendi compoſuerunt, Pompon.

Augeri.

Poſtea aucta ad aliquem modum ciuitate, idem.

Accedit augmentum.

Sed ſi qua poſteà augmenta hæreditati acceſſerint, Vlpianus.

Acceſſionem fieri.

Acceſſionem mille talentûm eſſe factam, Cicero, in Verrem.

Zu rechter Zeit.

Zu bequemer Zeit / eben recht / gantz bequem / zu gelegener Zeit.

Opportunè.

Trebatius opportunè ad me venerat, Cicero.

Peropportunè

Peropportunè, inquit, venis, idem.

Commo-

Commodè.

Et ille ſatis ſcitè & commodè tempus ad te cepit adeundum, Cicero, Fam.epiſt.229.

Commodùm.

Commodùm diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit, idem.

Bono tempore.

Potuerúntne meliori tempore proſilire? idem.

In tempore.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum, Terent. Heaut. Act.2 ſc.3.

Satis in tempore ad eos accedemus, Cicero, Familiar. epiſtola 214.

Tempore.

Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia, Plaut.

Tempeſtiuè.

Tempeſtiuè demetere, recipereq́ fructus, Cicero.

Per tempus.

